Panzer VI 170 n. 214

CATECHISMUS RUDIUM IN FIDE CHRISTIANA, ET PRO

pueris, per modum catechistæ & catechumeni, hoc est, præceptoris & discipuli, omnibus deniq; ad mysteria nostræ religionis admittendis, sanè q utilis.

TETRASTICHON AD PUEROS, Stephani Vigilij Pacimontani.

Corporis ingenui mores docuere libelli,
Qui teneram formant semper in arte uiam.
Diuinum ast animi munus tibi monstrat opellũ,
Quod uigili Stephanus protulit ore pius.

Psalm. 19.

Lex domini immaculata, conuertens animas. Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.

AUGUSTAE VINDELICORUM
Henricus Stayner excudebat, Anno
M. D. XXXVI.

Vis
Vis
Vi
Inf
Vis
Ho
Hi
Na
Et
Vi
Ta
Qu
Pr
Vi

Ta
No
Sc
Nu
Sa

DOCTISSIMO ET INTEGERRIMO VIRO MAGISTRO Stephano Vigilio, amico optimo, Ioannes Pinicianus.

ORNARI CVPIS hunc tuum libellum
Nostris hendecasyllabis amice.
Vis solem obtenebrare noctis umbra,
Vis cœno liquidum inquinare fontem,
Vis ut florigeros pererret hortos
Infestum & fodiat cubile talpa,
Vis famã minui tui laboris,
Hos præfige modos tuo labori.
His librum numeris tuum decora.
Nanq; ut sint liceat boni & rotundi,
Et scripti celeberrimis poëtis,
Vix digni tamen optimo libello
Tam sancto nitidoq; præferantur.
Qui puris teneram imbuit iuuentam
Preceptis, quibus itur ad beatam
Vitam, semper & integram manentem.
Sed ne sim Vigili tuis repugnans
Tam iustis precibus, rudes habeto
Nostros uersiculos, amoris illos
Sed testes scio mutui futuros.
Nunc incumbito filios docendo
Sanctas literulas, bonosq; mores,

Vt Christo facias gregem fidelem,
Pro quo sanguineum dedit cruorem.
Nil certe poterit magis placere
Christo, quàm pueritiam docere,
Discat fidere numini potenti,
Totis uiribus, & nocere nulli.
Quæ plane Catechismus administrat.
Multis ille laboribus paratus
A te, dogmatibus pijs refertus,
Quæ si tradideris fide parentis
Perfidi pueris, feres opimam
Mercedem, sed in ædibus supernis.

EXIMIIS AC PRAESTANTISSIMIS LEONARDO, Christophoro ac Bernardo Roesingeris, germanis fratribus, dominis suis, patronis ac Moecenatibus, ut plurimum obseruandis ac colendis, Gratiam ac pacem, à Deo per Christum.



SAEPIUS QUIDEM Apud animum meum, uiri ac fratres præclarißimi, cogitaui, quanam ratione uestris dignitatibus ac prudentijs gratificari possem. Nam id me ex officio debere, ut ingenuè quidem & libenter fatear, ita etiam animo grato, prompto ac beneuolo idem præstare haud grauabor. Quoties enim mihi in mentem ueniunt quottidiana beneficia, quibus ampliter, beneficè, ac largiter à uestris præstãtijs adficiar, non possum nõ me ad animi gratitudinem cõuertere, & eas quas possum & agere & habere gratias. Verum uti nil tam perit q̃ quòd in ingratũ confertur, ita animi munus iuxta prouerbium sit prudentijs uestris gratißimus, cum aliter, hoc est, referre non liceat. Indignum enim foret ut hij, qui haberent minus, ditioribus (ut ille ait) aliquid adderent.

lint hordei granum quàm gemmam, qui uentrem, otium, uoluptatem, honestis ac prætiosis studijs anteponunt. Commendanda itaq; D. V. studia, unà cum literis, quas ab ineunte ætate studio non segni consequuti estis, morũq; suauitatẽ coniunxistis, ac ceu Hercules olim relicta uoluptate uirtutem amplexi, in eminentia quadam cæteris celebriores habeamini. παιδια enim Lucianica suis alumnis abundè τὴν τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ ἔπαινον, καὶ προεδρίας, καὶ δυνάμιν, καὶ ἄρχας suppeditat atq; ministrat. Sed de his aliâs, ne uidear encomium quoddam in os occinere, & palpum obtrudere, pueros nonnihil torpentes excitare, præconio uestro studemus, atq; non solum ad capescendas bonas literas, & formandos mores, sed & ad pietatis & salutis studia eo expeditius proucbantur, accendanturq;. Non enim mihi uidetur esse consultum, ut pueri per omnem ætatem in perdiscendis literis humanioribus in gentiliũ libris detineantur, & in ijs, ut apud Gellium est, ueluti ad scopulos Syrenos consenescant. Fatemur quidem pueros esse instituendos aliquandiu in poëtarum & oratorum libris: Nam huiusmodi institutio, ut diximus, os tenerũ, ut Horatius ait, ac balbum fingit, formatq;. Deinde & literarum & humanitatis studia, adolescentiam mitigare, senectutem oblectare, secundas res ornare, in aduersis esse perfugium, delectare domi, nec impedire foris. Cicero pro Archia scribit, Verum

um institutionem uelim inseruire sacris, et retro longè uestigia adorare. Nam nemini dubiũ, quin omnes artium disciplinæ, è sacris uti manant, ita & eodem sese componere, adplicare, et ceu ad fontem recurrere debeant. Quis enim hodie est, qui non sua studia sacris rata, probata, atq; certa statuit, ac omnes omnia ad deos inuentores rerum, artium, ac studiorum referunt, & benè quidem. Modica poëtarum lectio prodest quidem, ut Horatius ait, & prodesse uolunt, & delectare poëtæ. Profuit Mosi institutio in omni sapientia Aegyptiorum ad sacra. Sic Paulo Arati & Epimenidis lectio. Sic philosophia & rerum cognitio Augustino, & cæteris orthodoxis, ut & ipse fatetur lib. suo octauo de ciuit. dei, Verum gustanda, & ut diximus, canis è Nilo haurienda. Legitur redargutum esse Hieronymum, quòd nimio gentilium libris senectutem exhauriret, Est modus in rebus ut ne quid nimis. Si qui uoluerint è poëtarum fabulis exempla uirtutum, honestatis, morum & eruditionis petere, ij nouerint multo rectius è fonte hauriri q̃ è lacunis. Quòd philosophi olim tanquàm omniũ artium professores suæ philosophiæ tribuere, eam scilicet esse diuinarum humanarumq; rerum absolutam cognitionem, uirtutum indagatricem, uitiorum expultricem &c. Nos nostræ uindicamus Theologiæ: hinc enim iræ & misericordiæ dei, hoc est, omnium uirtutum & morum exempla uera, & ad pie-

tatem conducentia petenda. Ad legem dei & ad testimonium eius, si quis non respondebit, non erit ei matutina lux. Ea narrabis filijs tuis, inquit deus, et mādabis, custodire scilicet quae ego dico, praecipio ac propono uobis. Quare sacra unà cum Paulo ad pedes Gamalielis, tum Timothei exemplo discenda. Ideo enim ait Chrisostomus uocasse ad se pueros Christū, ut primo literis & studijs diuinis occuparentur, ne tenellae eorum mentes falsa quadam ac impia persuasione inficerentur. Extant quidem in bonis autoribus, ut saepe dixi, exempla ad mores nonnihil conducentia, sed fidem & timorem dei simul non docent. Maior pars fabulis ludunt, nugis delectantur, & rebus occupantur, magis dediscendis postea q̃ discendis, prudentis praeceptoris erit, si quando in huiusmodi locos enarrandos inciderit, Vlyßis exemplo obturata aure Circen ueneficam praeterire, multaq́; dißimulare. Quorsum enim attineret puerorū simplicitatē Veneris stupro, Martis incoestu, Iouis adulterio, alijsq́; nugis sacrilegis peruertere & corrumpere. Facile enim adolescentiores in exemplum traherent, idq́; moribus exprimerent postea, ut & Therentianus ille Cherea. Si is lusit consimilem lusum, qui templa coeli summo sonitu concutit. Ego homuntio hoc non facerem. Iure itaq; & Augustinus et Plato huiusmodi mentium corruptores, quos & Cicero 2. Tuscul exagitat, ex ciuitate dei atq; repub. exturbant

[...] atq; eijciunt. Recens testa diu seruat odorē, quo semel est imbuta. Vsq; adeo à teneris assuescere multū est. Sunt qui alioqui præceptorum, ne dicam authorum uitia plusquàm uirtutem imitati sint. Alexander Macedo Leonidis præceptoris uitium expreßit, Reliqui oris stridorem, inclinatos humeros, & nescio quæ alia. Difficile est retinere iuuentutem in officio. Retinentur uero maximè cum Quintiliani etiam consilio optima primo tradantur, præcipua, & ut Christus ait Luc. 10. necessaria. Neq; uero, ut dixi, ex fabulis utcunq; accedat, Mytiologia, aliquid certi de timore dei, de moribus ac solida puerorum institutione quantum ad religionem attinet nostram præcipitur ac traditur. Vtcunq; etiam poetæ musarū sacerdotes esse fingantur. Vtcunq; dicant. Est deus in nobis, sumus et commertia cœli, spiritus æthereis sedibus ille uenit. Vtcunq; glorientur ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἔσμεν, frustra inquam, frustra petantur præcepta rectæ uitæ ex commentis humanæ sapientiæ, siquidem stultitia ea est. Cū enim maximè aliquando sibi uidebantur σοφοὶ, ultro citroq; de summo disputantes bono, de rerum principijs, de essentia, de deo, frustrati sunt, inquit Paulus, per suas adinuentiones, in diuinis plane stulti, cæci, et bona eorū ps ἄθεοι reperti. Democritus, si benè memini, quo magis ac magis de deo cogitaret eo magis ac magis fassus est se nescire qd esset. Socrates in

uniuersum ait, nihil ad nos pertinere eorum, quæ supra nos essent. Interim noua apud se confinxit dæmonia, quibus iuuentutem peßimè corrumpebat: unde etiam cicutam iussus est, ut quidam uolunt, haurire. Lucianus sus, reuersus ad uomitum. Cicero pro Flacco, Ritus Iudaicos à deo ipso datos, sugillat, Quintilianus Mosen omnis superstitionis authorem adpellitat. Iuuenalis recutitos insequitur Iudæos, credat inqens Iudeus apella. Plinius cum Epicureis et Saduceis resurrectionem mortuorum ridet &c. Hæc atq; alia multa satis arguunt ψιχικός homines nequaquàm percipere ea quæ sunt dei, multo minus certo iuuentutem formare atq; instituere posse. Quare prudentißimi eximijq; uiri ac fratres, in instituenda iuuentute, quæ iam fidei nostræ est commissa ac concredita, hoc opus, hic labor est primo urgendus, ut ex præscripto ac certo dei uerbo cognitionem eius perdiscant. Caro, carnis iuditium, ratio humana aut sapientia mundi, eam non suppeditat, imò ne potest quidem, etiamsi maximè uelit. Cognitio uero dei est, ipsum iustū agnoscere, quòd irascatur peccantibus, q; requirat iusta, q; impios puniat, tum etiam & misericordem, quòd pœnitentiam agentibus propter Christum ignoscat, peccata dimittat, fideq; iustificet. Primum legis, alterum Euangelij est. Hanc solus pater reuelat, Matt. 11. 16. Reuelat uero prædicatione uerbi cooperante spiritu, Gal. 3. Is uerus

Dei

Dei cultus est, quo delectatur, Psalm. 146. & 32. Beneplacitum est domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Hæc cognitio iustos facit, Esa. 53. Notitia sui ipse seruus meus. Iustificabit multos. Hæc ea demum est ipsa uita æterna. Ioan. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te Deum patrem, & quem misisti Iesum Christum &c. Huc itaq; omnium hominum studia, conatus & instituta tanquàm ad scopum dirigenda sunt. Inde omnis initium sumant, & postremo eô sese referant. Sicq; D. V. opera & dies eô se referant. Sic legibus inuigilate, ut summum νομοθέτην, hoc est, legum autorem agnoscatis. ἐστὶ γὰρ πᾶς νόμος εὕρημα καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων, & reliqua apud Demosthenem. κατὰ ἀριστογείτονος. Me totum patrocinio D. V. officiose committo ac commendo. Datum Augustæ 6. Idus Septembris, An. 1. 5. 36.

Obsequentißimus D. V.

Stephanus Viglius Pacimontanus.

ODE SAPHICA AD IVVENtutem, ut præceptores uenerentur, Ioannis Piniciani.

Post Deum, charosq; tuos parentes,
Prima curarum tibi sit magistros,
Maximo semper redamare cultu,
Læta iuuentus.
Hi rudem castis animum reformant
Moribus, linguam erudiunt loquentem
Literis græcis, simul & latinis,
Voce & hebræa.
Dat pater uictum tuus, æra, uestes,
Sancta præceptor documenta præstat,
Quæ bonis cunctis meliora sunto
Totius orbis.

ALIVD, STEPHANI Vigilij Pacimontani.

Externi cultus homines scripsere periti,
Vt formam teneat corpus ab arte suam.
Internus regitur sancto uerboq; potenti
Vt sibi uita adsit, perpetuumq; decus.

Errata, si quæ irrepsere, prudens lector ipse de-
prehendet, ac emendet: uoluimus tamen hic adno-
tare aliquot literas alicubi superesse, alias deesse, nō-
nullas etiam planè inuersas, quæ numerum ali-
quando, personam, casum, ipsumq; significatū &c.
mutare uidentur: subijciemus aliquot, ex quibus re-
liquas emendendas facile cognosces.

B 6. facie secunda, præsepi, non præsepe, lege.
C 3. folio facie 2. uno lege, non uuo. Ibidem mil-
lia pro milia. C 1. folio facie 2. obnoxius le-
ge, non obnoxijs. C 4. fac. 2. ablatam pro ob-
latam lege. D 2. fac. 1. donauit pro donarit
D 7. fac. 2. foras pro foris. E 2. fac. 1. Sepultu-
ra pro sepultura. F 1. fac. 1. ἀγάπης, non
ἐγάπης lege. Fol. ultimo fac. 2. ἀγάπηρ, non
ἐγάπηρ. Ibidem ἀλλήλοις non οῖς. ἐθελο-
θρησκεία, 3. fol. fac. 2. F 3. fac. 1. fimus, non
fimus. H 2. fac. 1. tamen, non tantum. H 6.
fac. 1. soli, non solo. &c.

QVomodo emendabit adoleſcens uiam ſuam? ſi cuſtodierit uerbum tuum.

Toto corde meo requiro te, ne facias me errare à preceptis tuis.

In corde meo abſcondi ſermonem tuum, ut non peccem tibi.

Benedictus tu Domine, doce me ſtatuta tua.

Labijs meis narraui omnia iuditia oris tui.

In uia teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs.

Mandata tua meditabor, & reſpiciam ſemitas tuas.

In ſtatutis tuis delectabor, non obliuiſcar uerborum tuorum.

CATECHISMVS PRO PVERIS IN SCHOLA PROPONENdus, per modum dialogi.

Discipulus interrogans. *Præceptor respondens.*

D. DIC OBSERVANde *præceptor, quid est Catechismus ?* P. *Catechismus est pia & simplex instructio rudium in fide Catholica, antequàm ad Euangelij prædicati mysteria, & sacramentorum communicationem admittantur, Marc. 16.* D. *Vnde dicitur ?* P. *A præpositione* κατὰ, *quod est rursus, &* ἠχέω. *sono, quasi priorem uocem sono, ac reddo, id quod fit cum quis ad interrogata respõdet.* D. *Vnde habet originem ?* P. *Ab ipsis Apostolis: Nam cum Paulus uoluit, ut omnia in Ecclesia ordine fierent, 1. Corinth. 12. 14. Catechismos ipsi instituêre in populo pro ijs, quibus initio lacte opus erat, non solido cibo.* D. *Dic ea de re scripturas ?* P. *Lucas Euangelista suo Theophilo iam*

Dictio catechismi quid sit.

Vnde dicatur.

Vnde traxerit originem.

1. Cor. 3.

1. Pet. 2.

aliquousq; in fide catechisios progresso, & ad abstrusiora mysteria anhelanti ac tendenti, scribens Euangelium ἵνα ἐπιγνῷς, ait, περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν. Item Gal. 6. huius instituti meminit et Paulus, qui catechisatur sermone communicet ei, qui se catechisat in omnibus bonis.

Lucæ 1.

Partes catechismi quinq;.

D. Catechismus quot habet partes? P. Quinq; præcipuas. D. Quas? P. Legis & peccati cognitionem, fidei iustitiam, orationem: tum symbola ac fidei exercitia duo, Baptismum & cœnam.

D. Quis primus Catechismi locus? P. Lex.

Quid lex

D. Quid est lex? P. Lex est præceptum dei, sanctum, iustum ac bonum, Rom. 7. Quo bona præcipiuntur, mala uero prohibentur & damnantur.

D. Lex quot habet officia? P. Tria præcipua. D. Quæ? P. Primum quod pædagogus est, ut ait Paulus Gal. 3. hominis externi, ut coherceat ac retineat rudes, carnales, ac spiritu Dei uacantes, in iustitia externa ac ciuili, quam Deus et exigit & remunerat hic, ut Paulus ait Rom. 10. Moses scribit de iustitia, quæ est ex lege, q. qui fecerit ea, homo uiuet per illa, Leuit. 19. Gal. 3. Econtra punit eos, qui diuersum quidpiam deliquerint. Prouer. 26. Flagellum equo, frenum asino, uirga tergo stultorũ. 1. Tim. Lex posita iniustis, impijs & peccatoribus. Ideo Esa. 9. iugum oneris uocatur, uirga humeri, & sceptrum exactoris &c.

Lex pædagogus.

D. Quod

D. Quod est secdunum legis officium? P. Vt conscientias transgressorum accuset, terreat, peccatum augeat, & occidat. Romanos quinto cap. Per legem abundat peccatum. Et 3. Per legem est agnitio peccati. Et 4. Lex iram operatur. D. Quod est tertium officium? P. Vt ad Christum finem, consummatorem, ac satisfactorem legis in iustificationem & salutem omni credenti adigat. Ioan. 1. Lex per Mosen data est, gratia autem et ueritas per Iesum Christum. Et Rom. 8. Quod lex præstare non poterat, hoc Deus filio misso præstitit, Gal. 4. Col. 2. Heb. 7. 8. 9. 2. Corinth. 5. D. Quotuplex est lex? P. Triplex. D. Quomodo? P. Est lex naturæ, humana & scripta D. Quid est lex naturæ? P. Est naturalis quædam noticia, diuinitus animis hominum insita, quæ cognoscit ex rerum uniuersitate deum esse, qui bona uelit, & mala puniat. Hinc omnes philosophorum uirtutes ac leges morum sunt natæ: sed quia uerbo Dei non illuminatur, & gratia destituitur, & uicio originis natura ipsa deprauata sit, non potest nō suis relinqui consilijs, ut Psal. habet 80. & 108. D. Dic unum atq; alterū legis naturæ locum. P. Rom. 1. Deum gentes cognouerunt: uerum nō ut Deum glorificauerunt, sed frustrati per cogitationes, credebant se sapientes, stulti facti sunt &c. Gentes quæ legem scriptam non habent, natura quæ legis sunt, faciunt: & legem nō ha-

Lex administratio mortis cō demnationisq;.

Tertiū officiū finale.

Matth. 11. Lex usque ad Ioan.

Diuisio legis.

Quid lex naturæ.

bentes, sibiipsis sunt lex. Matth. 7. Omnia quæcunque uolueritis ut faciant uobis homines, sic & uos facite illis. Vide Eccles. cap. 27. per totum, Tob. 4. Quod ab alio oderis fieri &c. D. Quæ est lex humana?

Lex humana. P. Lex seu traditio humana, est rationis iuditium, et inuentio ad cultum Dei, citra dei uerbum excogitata, quo deus non delectatur, sicuti ait, Frustra me colunt docentes doctrinas & mandata hominum, Matth. 15. Esa. 29. Act. 17 Deus humanis manibus non colitur. Is cultus cum sit impius, consciẽtias non obligat. Col. 2. Ne quis uos iudicet in cibo ac potu &c. Deus colitur iuxta præscriptum suum uerbũ, nostram bonam

Quis Dei cultus. intentionem (ut uocant) reijcit. Deut. 12. Non facietis quod uobis rectum uidetur, horrenda exempla dabunt interitus, Nadab, Abiu, Asa, & aliorum, Leuit. 10. 2. Reg. 6. Sic quicquid in religione citra Dei uerbum statuitur, idololatria est, diu durare non potest. Matth. 15. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur. Hæc itaque lex ad politiam & œconomiam, hoc est, ad rerum humanarum, rationi subiectarum, gubernationem pertinet. D. Quæ

Quæ sit lex scripta. est lex scripta? P. Mosis. D. Ea quotuplex est? P. Triplex. Ceremonialis, quæ ad ritus sacerdotum, & leuitarum in sacris pertinet, ea est sublata per sacerdotem summum Christum, in epistola ad Heb. per totum. Iudicialis, quæ lites, accusationes, & iudicia habet in caussis forẽsibus, ea libera est.

Moralis

Moralis, quæ mores & honestatem uitæ tradit: et si quando cum naturali conuenit, haud grauatim fatemur. Atq; huc refertur etiam decalogus primi catechismi pars. D. Vbi describitur decalogus præceptorum Dei? P. Exod. 20. Deut. 5. Decalog⁹

D. QVOD EST PRIMVM PRImæ tabulæ præceptum? P. NON sint tibi dij alieni coram me. Non facies tibi sculptile, neq; ullam similitudinem, quæ in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra, non adorabis ea, neq; coles. Primum præceptũ.

D. Quid uult sibi hoc præceptum primum?

P. Vult atq; exigit à nobis fidem, timorem, ac dilectionem Dei: estq; omniũ præceptorũ summa regula. D. Quid est habere deum alienum? P. Est suam fiduciam aliò conferre, ut in opes, amicos, potentiam, iustitiam, sapientiam &c. & non in solo deo herere: eaq; est ipsißima Idololatria, creaturam scilicet colere supra creatorem, Rom. 1. D. Dic scripturas. P. Nemo potest duobus dominis seruire: Non potestis (inquit Christus) deo seruire & mammonæ. Vbi thesaurus tuus, ibi cor tuum. Sic Paulus Ephes. 5. Auaritiam nefariam uocat simulachrorum culturam, hoc est, Idololatriam. Et Marci 10. Quàm difficile est eos, qui fiduciam habent in pecunijs, regnum dei ingredi. Prouerb. 11. Qui confidit

Fides cordis exigitur. Deus alienus. Idololatria. Scripturæ. Opes. Amici.

in diuitijs suis, corruet. Hierem. 17. Hoc dicit Dominus, Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suũ, & à domino recedit cor eius, 2. Paralip. 16. Psal. 145. Nolite confidere in principibus, neq; in filijs hominum in quibus non est salus. Prou. 3. Habe fiduciam tuam in domino, & ne inniteris prudentiæ tuæ. Hierem. 7..9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, fortis in fortitudine sua, diues in diuitijs suis, iustus in iustitia sua, sed in hoc, scire & nosse me, dicit Dominus. D. Propone aliquot exempla scripturæ, ubi Deus seuerè ultus est Idololatriam. P. Exod. 32. Fecerunt filij Israël uitulum in Choreb, & adorauerunt conflatile, & mutauerunt gloriam Dei in similitudinem bouis comedentis fœnum. Psalm. 106. 1. Corinth. 10. Neq; sitis simulachrorum cultores, sicut quidam illorum, sicut scriptum est, Sedit populus ut ederet & biberet, & surrexerunt ad ludendum. Populus Israël cum adorauit Baal Peor, iratus est Dominus & cecidit, sicut Paulus ait, uno die uiginti tria milia uirorum. Num. 25. Sic Dominus interfœcit sacerdotes Baal Idololatras per Heliam, 3. Reg. 8 D. Est ne & is cultus Idololatria, qui sanctis est exhibitus hactenus? P. Diximus eam esse Idololatriã tandem, quæ Dei fidem, timorem, adeoq; eius gloriam obscurat atq; auffert: Nam si quis in afflictione & angustia se ad aliquem sanctorum inuocando pro auxilio

Potentia.

Sapia & iustitia ꝓpria.

Exẽpla Idololatriæ ultæ.

Hebræus habet tria millia tantũ, Græci 23.

Cultus sanctorũ qñ Idololatria

tio cõuerterit, is nouerit de facto idololatriam incurrisse. Deus enim ait, Inuoca me in die tribulatiõis tuæ, eripiam te, & glorificabo te, Psal. 49. 45. 17. Rom. 10. Quisquis inuocauerit nomen domini, saluus erit. Neq; angeli, neq; homines sancti unq̃ passi sunt diuinum honorem. Apo 19. 22. arcet angelus Ioannem, uolẽtem adorare eum, qui ait, Vide ne fœceris, deum adora. Sic Act 3. 10. 14. Apostoli aiunt, Nos quoq; simus homines, annunctiantes ut ab Idololatria ad Deum uiuum cõuertamini. Lucifer cum uolebat esse equalis deo, & diuinos sibi arrogare et tribuere honores, in infernum præcipitatus est. 2. Pet. 2. Cum passus sit Herodes sibi impendi honorem diuinum, erosus à uermibus, expirauit, Actu. 12. Christus est ipse solus aduocatus noster, 1 Ioh. 2. Mediator, 1. Timoth. 1. Via & accessus ad patrem, Ioan. 10. 14. Eph. 2. 3. Interpellator, Rom 3. 5. 8. Heb. 7. 9. &c. Actu. 4.

D. Quid intelligis per hoc, q̃ dicit, Non facies tibi sculptile, neq; ullam similitudinem, quæ in &c.

P. Hoc idem, quod in priori uerbo prohibitur, ea tamen diuersitate, q̃ primo cordis Idolum, impietas & abominatio, Hic uero fructus eius, qui ex corde erumpit, sicut Moses ipse exponit: Nõ facies tibi deos aureos & argenteos, ut adores, Leui. 19. Exod. 34. Quod enim hic sculptile & imago, illic deus habetur, fiduciam & cultum imaginum tollit, sicut aliâs dicit, Gloriam meam alteri nõ dabo, nec laudem meam scul-

Primi uerbi perfectior explicatio et diligẽtior executio. Augu. lib. 2. quæst.

71. super Exodum. Deus zelotes est.

ptilibus, Esa. 42. Confundantur confusione, qui confidunt in sculptili, & qui dicunt conflatili, Vos dij estis, Esa. 46. 44. Psalm. 96 114. 69. 105. 112. Hierem. 10. 13. Ezech 14. 6. Abac. 2. Baruch 6. Scimus quod idolum nihil est, 1. Cor. 6 8. Fugite itaq; à simulachrorum cultura, 1. Corinth. 10 quoniam idolorum seruitus opus carnis est, Gal. 5. Actu. 20. 1. Pet. 4. 1 Ioan. 5.

Nomen. Fidei & honoris dei confeßio.

D. QVOD est secundũ præceptum? P. NON assumes nomen domini dei tui in uanum: nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen domini dei sui frustra.

D. Quid est nomen domini frustra sumere? P. Est quando nostris uitijs tegendis, peierando, imprecando, magicam exercendo, mentiendo, fallendo &c. nomen dei sacrosanctum temerè, uanè ac impiè usurpemus.

Negatiua exigit affirmatiuã.

D. Quid exigit illa negatiua, Non assumes? P. Affirmatiuam, ut in omni uita ac actione nostra rebus prosperis & aduersis &c. nomen dei, hoc est, benignitatem, misericordiam & iustitiam eius prædicemus, laudemus, inuocemus, atq; in omnibus gratias agamus.

Minæ.

D. Cur adiecit hic comminationem tantum, & non etiam promißionem, ut in prioribus? P. Vt seuerũ dei iuditiũ in periuros, blasphemos, & nominis dei cõtemptores cognoscamus: ait enim, Leu. 24. Educ blasphemum extra castra, et

mes?

uniuersus populus lapidet ibi eū, & dices, Homo qui maledixerit deo suo, portabit peccatum suum: et qui blasphemauerit nomen dei, morte moriatur. Sic Rapsacen & Sanherib regem, blasphemantes sanctū Israël, disturbauit angelus dei, percutiēs nocte una centum octoginta quinq; milia, 4. Reg 19. Sic David in nomine domini fudit blasphemum Goliath, 1. Re. 17. Sic latro blasphemus cruce perit, Ioan. 19. &c.

Pœna blasphemi.

D. Quid præterea hoc prohibet præceptum?

P. Mendatium, turpißimum in pueris uitium: exigit, ut unusquisq; loquatur ueritatem proximo suo, Ephes. 4. Zachar. 8. Os enim quod mentitur, occidit animam Sapient. 1. & Psalm 5. Perdes omnes, qui loquuntur mendatium. Leuit. 19. Non mentiemini, nec decipiet unusquisq; proximum suum, non peierabis in nomine meo, nec polluas nomen dei tui, ego dominus. Actu. 5. Cur impleuit sathanas cor tuum, ut mentireris spiritui sancto, non es mentitus hominibus, sed deo: Audiens Ananias hæc, collapsus, expirauit. Interficiebantur in lege, qui mentiebantur in nomine domini, cū deus nihil eis præceperat, sumentes nomen dei frustra. Falsa itaq; & hoc loci & impia doctrina prohibitur, Deut. 18. Esa. 9. 59. Hiere. 5. 8. 23 Ezech. 13. Zacha. 10. 2. Thess. 2. 1. Tim. 4. Arguuntur & Arioli, magi, phytones, & quicquid est incantamentorum, Leuit. 19. 20. Deut. 18. Hinc Saul impietatis damnatur, q Samuelem signo

Non mentiendum.

Mendatiū deus punit morte.

Prohibitur falsa doctrina.

Oim incantamētorū genera.

mendaci & sathanæ impostura impia iußit excidari. 1.Reg.18.2.Thessal.2. D. Licet ne iureiurando contestari ueritatem, aut aliâs in nomine domini iurare? P. Licet, si quando res ipsa poscat rebus diuinis aut humanis: Nam exemplo Christi et Pauli ueritatem ueritate uindicamus & dicemus, Testor deum, Testor conscientiam, quod non mentiar, Viuit dominus sæpe in prophetis, Et Christus Amen. Amē dico uobis &c. Creaturas Christus quidem, Matth. 5. excludit, dei nomen non excludit: Nam Deut. 10 scribitur, Dominum deum tuū timebis, & ei soli seruies, ipsi adhærebis, Iurabisq; in nomine illius: Et Psalmo. 62. Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Hiere. 4. Iurabis uiuit dominus in ueritate, & in iudicio & in iustitia &c.

Iurandum. Roma. 1. Lucæ 4.

Tertium præceptū.

D. QVOD est tertium præceptum? P. MEMENTO ut diem Sabbati sanctifices: Sex diebus operaberis &c.

Verbum.

Corde, ore corpore toto cū fructibus deo seruire debemus.

D. Quid hic deus præcipit? P. Vti uerbum eius non contemnemus, aut negligamus: Verum ex animo & libenter audiamus, discamus, atq; custodiamus: Deo & uerbo eius nihil non tribuamus, nos nostris operibus quiescamus, & deum in nobis operari patiamur. D. Quomodo nos debemus obseruare sabbatum? P. Ex mera libertate Christiana: Nam aliâs sabbatum ad Iudæos ex terra Ae-

gypti

gypti eductos, & ad eorũ ceremonialia relegaremus.
D. Est itaq; Iudæorum sabbatismus, & pleraq; alia gentibus in Christum credentibus abrogatus?
P. Est: Coloß. 2. Paulus scribit, Ne quis uos iudicet in parte diei festi, aut nouilunij, aut sabbatorum, quæ sunt umbra rerum futurarum, 1. Corinth. 10. Heb. 9. Esa 66. Et erit mensis ex mense perpetuo, & à perpetuo sabbato in sabbatum. Gal. 4 Metuo de uobis, cum dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. D. Ergo non est nobis obseruandum sabbatum? P. Est obseruandum, sed non ut legem Moysi: nam Paulus ad Rom. & Gal per totũ disputat, si unam recipiamus legem, ut legem Moysi, fore nos totius legis debitores, cap. 3. D. Quomodo ergo utimur lege Moysi? P. Supra diximus siquando cum lege naturæ conuenit, haud grauatim ferimus. D. Qua ratione hodie Christiani dominicum diem obseruant? P. Ratione fidei, charitatis, & ut dixi, mera Christiana libertate. D. Quare fidei? P. Vt eô liberius ac expeditius rei uacemus diuinæ, tractaturi sacra. D. Quare charitate? P. Vt serui, ancillæ, & iumenta respirent, se recreent, rursusq; componant. Quod enim caret alterna requie, durabile non est. Luce sacra requiescit humus, requiescit arator, ait Poëta. D. Licet ne à sabbato dispensare aliquando? P. Licet, duabus incidentibus causis, Charitate & neceßitate D.

Quomodo nos obseruemus sabbatum

Dic ea de re scripturas. P. Christus excusat discipulos, uellentes sabbato spicas, uti famelici ederent, Matth. 12. Item Dauidem cum esurierit, Mar. 3. ipse & qui cum illo erant, panes propositionis ederit, 1. Reg. 21. Christus Iudaeis dicit, utrum licet sabbatis benefacere an malefacere, animam seruare aut occidere? At illi tacebant, Mar. 3. Luc. 6. Hypocritae, nonne unusquisq; uestrum sabbato soluit bouem suum, et asinum suum à praesepe? Lucae 13. Si asinus aut bos cadit in puteum, an non continuo extrahitis die sabbathi? Lucae 14. Volebant Iudaei Christum interficere, q; soluisset sabbatum, Ioan. 5. 7. 9. Iudaeorum sabbata reijcit deus, Esa 1. Ose. 2. Malach. 2. &c.

Nos partitionem D. Augustini sequamur, lib. 2. quaestionum super Exod. quaest 71. ubi ait: Decem esse praecepta: nemo est qui ambigat, & mihi uidetur congruentius, accipi tria primae tabulae, & septem secundae tabulae, quoniam uidentur illa, quae ad Deum pertinent, trinitatem insinuare, diligentius intuentibus, Haec ille.

Praecepta secundae tabulae.

QVAE ergo sunt praecepta secundae tabulae? P. Quae ad proximũ pertinent. D. Quod eorũ est primum? P. HONORA patrem tuum, et matrem tuam, ut sis longaeuus super terram, quam dominus deus tuus dabit tibi.

D. Quae est huius praecepti summa? P.

Quòd

quod iure debeamus parentibus, magistratibus, & præceptoribus &c obtemperare ac obsequi, eos colere & reuereri, nō cōtemnere, nec offendere, sed omni honore dignos existimare. D. In quibus consistit parentum honos? P. Primo, ut illis debitam exhibeamus & præstemus obedientiam. D. Dic scripturas. P. Ephes 6. Filij obedite parentibus uestris in domino: nam id est iustum, Honora patrē et matrem, quod est præceptum primum in promissione, ut bene tibi sit, & sis longæuus in terra. Patres, ne prouocetis liberos uestros ad iram, sed educatis eos per eruditionem & correptionem domini, Leuit. 19. Eccles 3. Matth. 19. Prouerb. 23. Colloss. 3. Vxores, subditæ estote proprijs uiris, sicuti conuenit in domino. Viri, diligite uxores, & ne sitis amarulenti aduersus illas. Filij, obedite parētibus in omnibus, hoc enim benè placet domino. Patres, ne prouocetis liberos uestros, ne despondeant animū, Geñ. 3. 1. Petr. 3. Geñ. 18. 1. Timoth. 2. 1. Corinth. 11. Ephes. 5. D. Est ne in omnibus obtemperandū parentibus? P. Est, sed usq; ad aras: Oportet enim summo patri deo plus obedire quàm hominibus, Matth. 23. Actu. 5. Daniel. 3. Deut. 19. Quòd si te pater, mater, soror, amici &c. uoluerint abducere à deo, dicentes, eamus, seruiemus dijs alienis, ne eas. Matth. 10. Qui amauerit patrem aut matrem ultra me, non est me dignus: & qui amauerit filium aut

Parentum primus honos obedientia.

1. Cor. 11 Caput mulieris uir, caput uiri Christus.

Deo plus obediendū q̄ hominibus.

Hieron. in epist. p cal catũ perge patrem, ad uexillum crucis euo la.

filiam supra me, non est me dignus. Mar. 14. Si quis uenit ad me, nec odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, et sorores, præterea autem & animã suam, non potest meus esse discipulus.
D. Dic exemplum unum atq; alterũ ex scripturis. P. Christus nobis ipse exemplo sit: cũ enim mater eius dixerat ad eum, Fili, quid fœcisti nobis sic, ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te: Ad quos ait, Quid est q quærebatis me, an nesciebatis q in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse. Sic Ioan. 2. dixit mater Iesu, Fili, uinum non habent: dicit Iesus, Quid mihi tecum est mulier, nondum uenit hora mea. Lucæ 8. Renunctiarunt ei sermocionanti, Ecce mater tua, & fratres tui, stant foris, & quærunt te: qui respondens, ait: Mater mea & fratres mei hij sunt, qui sermonem dei audiunt, & faciũt illũ. Marc. 3. & Matth. 12. Quisquis fœcerit uoluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, et mater est. D. Non agnouit ergo Christus parentes suos? P. Agnouit, sed in his inferioribus rebus: Descendit cum illis, ait Lucas, & fuit subditus parentibus. Sic & Matth. 17. 22. iußit magistratui ac Cæsari reddere, quæ sunt reddenda, hoc est, in his rebus externis obedientiam: Et ut Paulus ait, cui uectigal, uectigal: cui honorem, honorem &c. Rom. 13. Sic Ioan. Baptista fuit obediens parentibus, donec ueniret dies, quo ostendendus erat, Lucæ 1. & 3. Iußit

Lucæ 2.

Parẽtibus & magistratibus obtẽpandũ, cum hi patres, isti

magi-

magistratui parere quoq;, quorum officio in pace degimus, 1. Timoth. 2. Egregium exemplũ obedientiæ filiorum erga parentes habemus in Rechabitis, Hierem. 35. Et aliâs in ueteri testamento per totum, Isaac Abrahamo, Geñ. 18. 22. Iacob Isaaco, Geñ. 27, 28. &c. D. Cum itaq; sit benedictio dei super filios obedientiæ, dic præceptor, quæ pœna imminet filijs inobedientiæ? P. Iuditium. D. Dic scripturas. P. Deut. 21. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audit patris & matris imperium, morte plectetur. Prouer. 30. Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit matrem, suffodiunt eum corui de torrentibus, & comedant eum filiæ Aquilæ. Deut. 27. Qui non honorat patrem suum & matrem suam, maledictus sit & dicat omnis populus, Amen. D. Dic exempla. P. Cain maledictus super terram, q contra imperium patris fratrem Abel occiderit, Geñ. 4. Sic Cham maledictus, illudens patrem, Geñ. 9. Sic Ismahel, Geñ. 12. Sic Esau, 28. Sic Absolon, 2. Reg. 15. 18. Sic filij Heli, 1. Reg. 2. &c. D. Quis alter parentum honos? P. Vt illis θρεπτήρια subministremus, eorum inopiam, senectutem, infirmitatem subleuemus, tolleremus, ac sustentemus, sicut Tobias fuit baculus senectutis parẽtibus, Tob. 5. 10. Sic Ioseph grandæuum senem, & fratres caritate annonæ aluit, Geñ. 37. φυσική στοργή.

patres patriæ et dij adpellãtur Psalm. 81 Exod. 22.

Scripturæ de iudicio filiorũ inobedientiũ.

Alter honos parẽtũ uictus. Vide adagium ἀντιπελαργεῖν.

D. Habemus ne & alios patres, non dico corporum, sed animorum, quibus obtemperandum est? P. Habemus, atq; ij sunt patres in fide, hoc est, prædicatores diuini uerbi. D. Dic scripturas. P. Gal. 4. Filioli, inquit Paulus, quos iterum parturio donec formetur Christus in uobis Et 1. Corinth. 4. Adhortor ut filios meos dilectos: siquidem ego per Euãgelium in Christo Iesu genui uos, 1. Pet. 1. Iac. 1 Tit. 1. 1. Timoth. 5. Qui bene præsunt, duplici honore digni habeantur, obedientia propter uerbum: deinde uictu, maximè inquit hi, qui laborant in uerbo & doctrina. Matth. 10. Lucæ 6. Dignus est operarius cibo suo. Roman. 15. 1. Corinth. 9. Gal. 6. Deut. 12. 25. Heb. 13. Parete his, qui præsunt uobis, & concedite, siquidem illi uigilant pro animabus uestris. 1. Theß. 5. Rogamus autem uos fratres, ut agnoscatis eos, qui laborant inter uos, et qui præsunt uobis in domino, & admoneant uos, ut habeatis illos in summo pretio per charitatem, propter opus illorum pacem habete cum illis, Act. 20. 1. Pet. 5. 1. Theß. 4. Qui uos reijcit. non reijcit hominem, sed deum. Matth. 10. Qui uos recipit, me recipit, Lucæ 10. Qui uos spernit, me spernit. Deut. 17. Facies quecunq; dixerint, qui præsint loco quem elegerit dominus, & docuerit te iuxta legem eius, & si quis nolens obedire sacerdotis imperio, morte moriatur. 4. Re. 1. Quinquagenarius princeps missus ab

Prædicatoribus uerbi obtẽperandũ, cũ patres sint i Christo.

Matth. 23

sus ab Achasia rege, Heliam ludens, cum 50. igne absumptus est. Sic pueri deridentes Helisæum uirum dei, ab ursis interempti sunt, 4. Regum 2. Sic cum impiorum mundus, ut Petrus ait, præconem iustitiæ Noë contempsit, diluuio perit &c. D. Quo loco autem habendi sunt præceptores? P. Parentum loco: Nam non minus amandi, reuerendi, ac colendi sunt, q̃ corporum parentes, cum sint mentium & animorum patres. D. Dic scripturas de pædagogia. P. Prouerb. 22. Stultitia ligata est in corde pueri, uirga disciplinæ faciet elongare eam ab eo. 23. Ne cesses castigare puerum, si percusseris eũ uirga, non morietur: Si uirga uerberaueris, ex inferis animam eius eripies. 13. Parcens uirgæ suæ, odit filium suum: & qui diligit eum, mane adhibet sibi disciplinã. Vide cap. 11. 15. 7. 10. 30. Eccles. p totũ. Huc referendi etiam sunt serui, ancillæ, operarij &c. Nam & ij patrifamilias subditi esse debent cum timore, etiamsi, ut Petrus ait, praui sint: nõ ad oculũ seruiẽtes, quasi hominibus placere studẽtes, sed Deo, Ephes. 6. Col. 3. Rursus & domini eadem, ait Paulus, facientes illis, remittentes minas, scientes quòd et uos habetis dominum in cœlis, Colloss. 3. 1. Pet. 5. Adolescentes subditi estote senioribus, omnes mutuo subiecti estote, & connectentes humilitatẽ, Rom. 12.

2. Petr. 2. Gen. 7. 9.

Dijs, parẽtibus & præceptoribus nũq̃ redditur æquiualẽs

1. Petr. 3.

Colloss. 3.

D. QVOD est secundæ tabulæ secundum

Quintum praeceptum? P. NON OCCIDES.

praeceptũ. D. Quis huius uerbi sensus? P. Ne proximi personam ex corde, signis, uerbo aut facto laedamus, odio aut ira prosequamur, nullaq; penitus iniuria, contumelia, aut maleuolentia adficiamus, sed eius partes adiuuemus, tueamur, opemq; illi consilio nostro, eruditione, pietate, benefitio &c. aut quacunque alia re poterimus, feramus. D. Quis uero huius praecepti intellectus? P. Spiritualis, eo q. lex spiritualis est, ut Paulus ait, Rom. 7. spiritum, cor, & adfectum requirit, ut Christus exponit, dictum est antiquis, Non occides: At ego dico uobis, q. qui irascitur fratri suo temere, obnoxius erit iudicio. 1. Ioan. 3. Omnis qui odit fratrem suũ, homicida est. Atq; is sensus legis in uelamine posito, in facie Moysi adumbratus est, Exod. 22. 23. 24. D. Est ne et alius legis intellectus? P. Est. D. Qualis? P. Carnalis, literalis, ac Iudaicus: cum iusticiarij, operarij, ac hypocritae simulatione externa, cum scilicet contineant aut admoueant manus, pedes, oculos &c. existimant legi abundè satisfactum: Et quod peius est, conantur se legis operibus iustificare, cum ex operibus legis nemo iustificetur, Rom. 3. Gal 3. Lucae 17. Si foeceritis omnia &c. Atq; etiam sic lege abutuntur. Exemplum egregium exhibet nobis pharisaeus, tumore & fastu legis operum se glorificans, q. esset iustus. Verum Christus aliter iudicabat.

Negatiua ubiq; affirmatiuã, ut diximus, exigit.

1. Re. 16. Deuter. 3. Matth. 5. cor requiritur: non occides aut gestu, tu, tu, to tũ hominẽ.

[illegible] ait, non iustificatum descendisse in domũ suam, Luc. 18. Sic ubiq; Iudaeis improperat, Matth. 23. [illegible] apparetis hominibus iusti, intus pleni estis [illegible], iniquitate, & spurcitia: Socij & occisores sanguinis prophetarum, Luc. 11. Hic externus [illegible] legis apud hypocritas in hodiernum usque [illegible] manet in lectione ueteris testamenti, ut Paulus ait, 2. Corinth. 5. D. Quae ira est prohibita? P. Quae ex malo fonte, atq; uicioso, & immundo pe[illegible] manat. Et Christus ait, Ex corde exeunt cogi[illegible] male, cedes &c. haec sunt quae impurant ho[illegible] &c. D. Dic scripturas. P. Matth. 5. Quicunq; dixerit fratri suo rhaca, obnoxius erit concilio: quisquis dixerit fatue, obnoxius erit gehen[illegible] incendio. Itaq; si offers munus tuum, & recorda[illegible] fueris, q̃ habet frater tuus aliquid aduersus te, abi reconcilieris fratri tuo prius, tum ueniens offeres. Ephes. 4. Omnis amarulentia, & tumor, & ira, & [illegible], & maledicentia tollatur à uobis, cũ omni malitia. Prouerb. 19. Ne sis uelox ad iram &c. nam ira in sinu stulti requiescit. D. Est ne ira quae[illegible] non prohibita? P. Est, atq; ea est ira zeli & charitatis ex bono corde ac pio, qua prophetae, Christus, & apostoli, iusta caussa in caecos pharisaeos, [illegible] ac pertinaces commoti irascebãtur absq; pec[illegible]: De ea est in Psalm. 4. Irascimini, & non pecce[illegible]. Eph. 4 Sol ne occidat super iram uestram. Rom.

dicit, non manũ, pedem &c.

Ira.
Matt. 15.
Cor.
Signum.
Verbum.

Geñ. 4. respexit dñs ad Abel et ad munera eius: ad Cain non respexit.

12. Ne detis locum iræ &c. Exemplum huius Phinees, Num. 25. dabit, qui motus zelo confodit Zamri cum scorto. Moses confringens tabulas, Exod. 32. Stephanus cum ait, dura ceruice &c. Actu. 7. Sic concionatoribus, parētibus, præceptoribus, uehementior paulo obiurgatio donatur, cum ea charitatis sit. Sic magistratus iure diuino punit & occidit sontes, Gen. 6. Qui effuderit humanum sanguinem, effudetur & illius. Matth. 27. Qui acceperit gladium, gladio peribit. Deut. 19. Dentem pro dente, oculū pro oculo, uitam pro uita &c. Sic latrones Ioab, Abisai, Bana, Rechab &c. & multi alij morte puniti sunt, 2. Reg. 3. 4. 5. D. Quis porrò sensus huius uerbi, Non occides? P. Paßiuus, ut patienter tolleres iniuriam, conuitia, sputa &c. Christi exemplo, qui cum maledictis incesseretur, non remaledixit, qui cū malis afficeretur, non minabatur, sed tradidit uindictam ei, qui iudicat iustè: qui dicit, Mea est ultio, ego rependam, 1. Pet. 2. Deut. 32. Rom. 12. Heb. 10. Philip. 2. Ad hæc & pro inimicis tuis ores, Pater ignosce, Matth. 28. Ne statuas illis peccatum hoc, Actu. 7. Matth. 6. Atq; peccant hic, qui non sua copia subleuant tenuium inopiam. Sic diues occidit lazarum, iuxta dictum, Si non pauisti, occidisti. Luce 16.

Talio.

Sensus paßiuus.

Tertium secundæ.

D. QVOD est sextum præceptum? P. NON MOECHABERIS.

D. Qu-

D. Quæ est huius praecepti summa? P. Ne quid impudicè uerbo, cogitatione, gestu, aut opere designemus: sed potius sobriè, castè ac piè uiuamus, Coniugati nos mutuo amore & honore adficiamus. D. Satis fit ne huic præcepto, si foris ciuili honestate & iustitia adulterium non committo? P. Non: Supra enim dixi legem requirere adfectum, nam hic non loquitur de externo tantum opere, sed de tota hominis natura & ingenio, Nam & concupiscẽtiam prohibet, sicut Christus ait, Quicunq; adspexerit uxorem alterius ad concupiscendum eam, iam adulteriũ commisit cum ea in corde suo. Ex corde diximus, exire adulteria, stupra &c. Sensus & cogitatio humani cordis ab ineunte ætate prona in malum, Gen̄.6.8. Hierem.17. Imperscrutabile cor &c. Cor malignum baiulans primus Adam, sed & omnes qui de eo nati sunt, 4. Esdræ 3. Matth. 5.

Hæc lex nos omnes reos agit: nã qs potest dicere mundũ est cor meũ? Prou. 20.

D. Quid est legittimum matrimonium? P. Nihil aliud quàm mariti & uxoris coniunctio, sicut scriptum est, Masculum & fœminam creauit eos, benedixit illis, & dixit, Crescite & multiplicabimini: propter hoc deseret homo patrem et matrem, & adglutinabitur uxori suæ: & quod deus copulauit, homo non separet, Matth. 19. Eph. 5. Heb. 13, Honorabile est inter omnes coniugium & cubile impollutum. Gen̄. 2. Non est bonum hominem esse solum. 14. 15. Matrimonium.

D. Quid est adulterium? P. Est ad alte- Adulteriũ

rum seu alteram illicita transitio, ut ἐπιγαμία habet, ex ad & alter seu altera: fitq; cum maritus seu uxor mutuo se fraudant, ac debitum, ut Paulus ait 1. Cor. 7. beneuolentiam negant. D. Quae poena manet adulteros? P. Lapidatio in lege, Leuit. 20. Ioan. 8. Deut. 22. Si dormierit uir cum uxore alterius, uterq; morientur, adulter et adultera. Pro. 6. Accedens ad uxorem proximi sui, non erit innoxius omnis attingens eam. Et priuatio uitae aeternae, hoc est, aeterna damnatio. 1. Corinth. 6. Neq; scortatores, neq; molles, neq; adulteri, neq; qui concũbunt cũ masculis, regni dei hereditatem accipient. Gal. 6. Manifesta sunt opera carnis, adulterium, scortatio, immunditia, lascinia &c. scientes q. qui talia agunt, regni dei heredes non erunt. Et Heb. 13. Scortatores & adulteros iudicabit deus. 1. Timoth. 1. Lex posita est iniustis, scortatoribus, & masculorum concubitoribus. 1. Corinth. 6. Fugite scortationem, qui enim scortatur, in proprium corpus peccat. Et 1. Corinth. 5. 10. Neq; stupris inquinemur, sicut quidam stupris polluti sunt, & ecciderunt uno die 23. milia, Num. 25. 1. Thes. 4. Haec est uoluntas dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis à scortatione, & sciat unusquisq; uestrum suum uas possidere. Ephes. 5. Scortatio & omnis immunditia ne nominetur quidem inter uos, sicuti decet sanctos, aut obscoenitas aut stultiloquium aut urbanitas: Hoc scitis, q. omnis scor-

Deut. 23. Nõ sit meretrix de filiabus &c.

Scripturae Roma. 1. Colloss. 3.

Ephes. 4. Oĩs spurcitia &c.

[illegible] aut immundus, nõ habet hæreditatem in regno christi & dei. Prouerb.6.7. Custodias te à muliere extranea, blandificante uerba sua, & dicente: ueni, quoniam non est maritus meus domi &c. non diuertas ad eam, quia uia inferi domus eius, ducens ad interiora mortis &c. propter hoc enim uenire solet ira dei in filios inobedientes, Ephes.5. D. Dic aliquot exempla iræ dei aduersus hoc uitij. P. Dum diluuio in mundum impiorum inducto, quo condemnauit totum mundum: hoc genus uiciorum [illegible] ultus est, Geñ.8.9. Heb.11. 2. Petr.2. Siquidem ciuitates Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerem redigens, subuersione condemnat, eosq; fecit exemplum his, qui impiè forent acturi. Sed Loth, qui opprimebatur à nefarijs per libidinosam conuersationem eripuit, 2.Pet.2.1.Pet.3.Lucæ 10. Matth.11. Ezech.16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, et filiarum eius. Sic Sichimitæ, filios Iacob ob stuprum sorori Dinæ oblatum, occisi, Gene.34. Sic Gabaonitæ propter adulterium uxoris Leuitæ in Israël, uiginti quinq; milia occisi, Iudic.19. Sic deus adulterium Dauidis punit morte primogeniti ex Bath sebæ, 2.Reg.11.12. Et incestu filij Absolonis ingredientis ad concubinas eius, 2.Reg.16. Sic & ipse Absolon occidit postea fratrem Ammon, cum uiciasset sororem eius Thamar, 2.Reg.15. Sic deprauatum est

Matt.12. De quocũq; uerbo ocioso etc.

Exempla.

Visitãs iniquitatem.

Mulieres faciunt apostatare sapientes, 3. Esd. 3.

cor Salomonis per alienigenas, ut in Idololatriam inciderit, 3. Reg. 11. Sic meretrix Dalila Sampsonē uicit, Iudic. 16. Sic flagellauit dominus Pharaonem plagis maximis, propter Sarai uxorem Abrae ablatum, Geñ. 12. Ioannes Baptista propter Herodiadem meretricem capite truncatus est, Matth. 14. Lucae 9. Mar. 6. E regione Deus benefaecit Abimelech, q, reddiderit uxorem Abrae intactam, dicēs:

Faciēs misericordiā custodiēntibus legem meam,

Custodiui te ne peccares in me, nunc orabit Abrahā pro te, & uiues, Geñ. 20. Sic Ioseph cum renuit stuprum dominae suae Aegyptiacae sollicitantis, eò euectus, ut apud Aegyptios saluator mundi uocaretur, Geñ. 41. 39.

Coronis.

Probibet itaq; deus hoc praecepto & cordis & operis immundiciem: qui uero se continere non possit, ad salutare confugiat remedium, ducat aut nubat in domino, 1. Corinth. 7. Non enim omnes sunt capaces huius uerbi, Matth. 19. Atq; hic adparet doctrinas daemoniorum esse, qui prohibent contrahere matrimonia, 1. Timoth. 4. Titum 1.

Quartum secundae.

D. QVOD est septimum praeceptum?

P. NON furtum facies.

D. Summa huius praecepti quae? P. Ne malis artibus, dolo, fraude, iniuria, uiolentia, rapina, usura &c. proximorum fortunas ad nos pertrahamus:

in uerum potius operam demus, ut illius opes ac facultates conseruentur, tueantur ac defendantur. Charitas hãc legem implet, ut et reliqua.

D. Qua ratione haec lex transgreditur? P. Affectu & opere: nam & rei alienae concupiscentia prohibetur, tum etiam ipsum furti opus, posterius magistratus cruce punit, Deus uero utrunq; seuerissime. Atq; hic peccant ferè omnis generis homines, mensura, ulna, pondere, alijsq; contractibus, quibus res proximi subtrahitur. Prouerb. 11. Staterae dolosa abominatio domini: pondus autem perfectum, beneplacitum est domino. Leuit. 19. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in põdere, in mẽsura, statera iusta, & aequa sint pondera, iustus modius, aequusq; sextarius. Deut. 25. Non habebis in sacculo diuersa pondera maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor: pondus habebis iustum & uerũ, & modius aequalis & uerus erit tibi, ut multo uiuas tempore: abominabitur enim dominus, qui facit haec. Prouerb. 16. Pondus & statera iudicium domino, et opus eius omnes lapides sacculi: pondus & pondus, mensura & mensura abominatio est domini utrunq; eorum. Prouerb. 20. Abominatio est domini lapis & lapis, et statera doli non bonũ. Mich. 6. Nunquid iustificabo stateram impiam, & sacculi diuersa pondera, in quibus diuites repleti sunt iniquitate, & loquebantur mendatiũ? lingua eorum fraudulenta erat, Ego percutiam te, Comedes & non

Scripturae

Tollit usurã iniquã.

Furtũ abominatio dei.

De bonis malè par-

sis, nõ qui | saturaberis &c. Exemplum prabet diues apud Lu-
debit ter- | cam cap. 12. qui dicebat animæ suæ, Quiesce & co-
ram heres. | mede &c. Audit, stulte, hac nocte repetent à te anima
Achan filiosuam. | Ephes. 4. Qui furabatur, non amplius furetur,
magis autem laboret operando manibus, quod bonum
est, ut poßit impartiri ei, qui opus habuerit. 1. Thes.
4. Ne quis opprimat ac defraudet in negocio fratrem
suum, propterea q. ultor est dominus de omnibus his.
1. Corin. 4. Ne quis uestrum adfligatur ut homicida,
aut fur, aut facinorosus, aut alienarum rerum curio-
sus. Atq; hic familia ignaua, & quæ non fideliter
seruit, furti arguitur, mercenarij, operarij, & offici-
Exempla. | narij &c. D. Subijce unum atq; alterũ tuo more
exemplum scripturæ. P. Iosu. 7. Achan cũ sus-
tulisset furto pallium coccineũ de anathemate, & duce-
tos argenti siclos, exarsit ira dei, iudicio igne absum-
ptus est. Gehasi dolo ac mendacijs à Naamano Syro
duo talenta extorsit, & uestes mutatorias, ideo lepra
percussus. Ananias & Saphira mendacio & furto
deprehensi, morte subitanea corripiuntur, Act. 5.
Iudas fur | Iudas auarus et fur, Ioan. 12. laqueo finit uitã, Act. 1.
suspensus. | D. Vbi scribitur de restitutione furti? P.
Exod. 22. Si quis furatus fuerit &c. Sic Zache-
us, Luce 19. Si quem fraudaui, reddo quadruplum.
Ecce dimidium bonorum meorũ do pauperibus &c.
Prouerb. 6. Inuentus autem & deprehensus fur, red-
det septuplũ, omnem substantiã domus suæ dabit &c.

D. Di-

D. DIC octauum praeceptum. P. NON loqueris contra proximum tuum falsum testimoniũ. Quintum secundae.

D. Quis huius praecepti sensus? P. Ne cuiusquam, existimationem, bonumq́; nomen, obtrectatione, oblocutione, seu calumnia adspergamus, defamemus, sed eius erratum occultum, ex charitate operiente multitudinem peccatorum, tegamus, extenuemus, atq; excusemus, benè de fratribus sentiamus loquamur, et omnia in optimã partẽ interpretemur.

D. Quò praecipuè pertinet haec lex? P. Ad iudicum tribunalia: illic enim iudicia, caussae, testimonia &c. exercentur. Deut. 17. Iudices & praefectos constitues in omnibus portis tuis, ut iudicent populũ iusto iudicio, nec in alteram partem declinent, nec accipiant personam ac munera, quia munera excoecãt oculos sapientum, & mutant uerba iustorum: quod iustum est, iustè persequantur, ut uiuant. Et cap. 1. Ita paruulum audiant ut magnum, quis iudiciũ dei est. Exod. 23. Non suscipies uocem mendacij, nec iungas manum tuam ut pro impio dicas falsum testimoniũ, non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio acquiescas plurimorum sententiae, ut à uero deuies, pauperis quoq; non misereberis in iuditio. 2. Para. 19. Iosaphat ad iudices, Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iuditium, sed domini, & quodcunq; iudicaueritis, in uos redundabit. Sit ti-

Probibet omne uitiũ linguae uirulẽtae, periuria, mẽdacia, susurratiões adulatiões &c.

Iacob. 3. Si quis in sermone.

Prou. 24. 18.

Eccle. 20.

mor domini uobiscum, & cum diligentia cuncta facite: Non enim est apud dominum deum nostrũ iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. Prouerb. 6. Sex sunt quæ odit dominus, falsum testimonium &c. Et 21. Testis mendax peribit. Et 19. Testis falsus non erit impunitus. Et 25. 14. Iaculum, gladius, atq; sagitta acuta, uir qui dicit aduersus proximum suum falsum testimonium. 24. Ne sis testis frustra contra proximum tuum, & ne lactes cum labijs tuis. Num. 35. Ad unius testimoniũ nullus condemnetur: In ore duorum aut trium stet omne uerbũ, Deut. 17. Ioan. 6. D. Exemplis declara pœnas eorum, qui dicunt falsum testimoniũ. P. Daniel. 13. Iudicati, damnati et interfecti sunt duo senes iudices, falsum testimonium loquentes, aduersus innoxiam Susannam. Iezabel cōcitauit duos falsos testes aduersus bonum uirum Naboth, unde exarsit ira domini contra eam, ut minatus sit Deus Iezabeli in loco quo linxerunt canes sanguinem Naboth innoxij, lingent quoq; tuum, 3. Reg. 21. Sic falsi testes aduersus Christum iustum horribiliter perierunt, Luc. 22 Matth 26. Marc. 14. Actu. 6. Prohibet summatim hæc lex linguæ uitium, falsæ etiam doctrinæ testimonium, iudiciũ iudicium corruptū.

Sextũ secũdæ tabulæ præceptũ.

D. QVOD est nonum præceptum? P. NON concupisces domum proximi tui.

DECI-

Primum decalogi praeceptum. 229.

DECIMVM.

NEC desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, nec asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Quæ est utrorumq; sententia? P. Primo, ne aliqua cupiditate habendi, dolo, fraude, aut alijs malis artibus, hæreditates, fundos, ædes, proximorum specie quadam iuris aut honesti ad nos pertrahere & detinere tentemus. Verum operam demus, ut facultates, opes, ac fortunas suas citra inuidiam retineat, possidat, & ipse integras & illæsas conseruet.

Deinde & ne uxorem pudicam, sedulam familiã, iumenta laboriosa etc. proximi, arte aliqua, periurio, dolo, aut ui ad nos transferemus, seducamus, ullaq; occasione illi abstrahamus: sed potius adiuuemus, instruamus, cohortemurq;, ut in officio ac seruitio, quod dominis debeant, remaneant, uocationemq; sedulo urgeant, fideliterq; inseruiant &c. D. Cur addit in fine Moses concupiscentiam cordis? P. Vt exponat decalogum tum fieri à nobis uerè, cum accedat cordis adfectus, spiritu dei renouatus, sicut & in circumcisione potissimo legis opere exigit. Deut. 30. Circumcidet dominus deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas eum toto corde, Colloss. 2. Paulus Rom. 7. 15. ait, Concupiscentiam non nouissem, nisi lex dixisset, non concupisces. Coniungit Paulus hæc duo diuersa, domum, uxorem, imò omnia, ut nequicquam

Decimum præceptũ.

Marc. 6. Vt Herodes Herodiaden fratris uxorẽ. Matt. 14. Lucæ 9.

Vt Laban conatus ẽ omnẽ benedictionem Iacob ad se deriuare, Gene. 30.

quæ

August. li. 2. quæst. 71. sup Exodum.

quæ proximi sint appetamus. Sic habes mandata distincta, & numerum eorum consummatum, & quæ & quot in singulis tabulis scripta sunt, uerba August. in lib. quæst. noui & ueteris Testa. quæst. 7. ubi diuersam diuersorum recenset partitionem.

Postrema duo differũt in modo peccãdi &c.

D. QVAE IN VNIVERSVM promißio factoribus legis uere, aut pœna trãsgressoribus constituta est? P. Ea, quæ hic scribitur. Ego sum dominus deus tuus, fortis zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, eorum, qui oderunt me. Et faciẽs misericordiam in milia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea &c. Deut. 32. Videte, quòd ego sum solus, & non sit alius deus præter me. Ego occidam, & ego uiuere faciam: percutiam, & ego sanabo: & nemo est, qui poßit de manu mea eruere. 1. Reg. 2. Deus mortificat & uiuificat, deducit ad inferos & reducit: Quicunq; glorificauerit me, glorificabo eum: qui aũt contẽnunt me, erunt ignobiles.

Moses lege ac iustitia dei terret.

Christus Euangelio misericordiæ dei solatur.

D. Quæ est legis impletio? P. Dilectio. D. Dic scripturas. P. Nemini quicq̃ debeatis, nisi hoc, ut inuicem diligatis: nam qui diligit alterũ, legem expleuit. Siquidem illa, Non adulteraberis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quid aliud præceptum in hoc sermone summatim comprehenditur, Nempe diliges proximum

Quæ legis impletio.

[illegible] tuu sicut teipsum. Dilectio proximi ma-
[illegible] non operatur, Consummatio itaq; legis, est dile-
[illegible] Rom. 13. Matth. 22. Luc. 10. Magister, quod
[illegible] mandatum magnum in lege: Ait illi Iesus, Diliges
[illegible] deum tuum ex toto corde tuo, & in tota a-
[illegible] tua, & in tota mente tua, hoc est primum et ma-
[illegible] mandatum. Secundum autem est simile huic,
[illegible] proximum tuum sicut teipsum. In his duo-
[illegible] mandatis uniuersa lex & prophetæ pendent,
[illegible] c. 12. Inuicem alij aliorum onera portate, & sic
[illegible] legem Christi, Gal. 6. Gal. 5. Per charitatem
[illegible] seruite uobis inuicem. Nam tota lex in uno uer-
[illegible] impletur, nempe hoc, Diliges proximum tuum si-
[illegible] teipsum, Iacobi 2.

1. Tim. 1. Finis legis est charitas ex puro corde & conscītia bona.

D. Vnde paratur facultas legis præstandæ?

P. Fide, qua gratiam & spiritum sanctum conse-
[illegible] faciendo nouum hominem reuera præstan-
[illegible] quæ legis sunt. D. Quid est fides? P.
[illegible] rerum quæ sperantur, substantia: Argu-
[illegible] eorum, quæ non uidentur. Estq; cum fideli
[illegible] præter spem in spem credere, Rom. 4. Spes
[illegible] non confundit. Hoc est, Fides est assensus [illegible]
[illegible] promißionum spiritus dei, q. deus pater sit,
[illegible] cum nos inimici eramus, dilexit nos prior,
[illegible] promissum misit, ac pro nobis in mortem de-
[illegible] ac propter nostram iustitiam rursus ex mortuis
[illegible] ac ad dexteram consedit, ut pro nobis in-

Quid est fides. Hebr. 11.

Roma. 8. Quod nō uidemus, p patientiam expectamus.

tercedat, ac perpetuo patrem placet, ut nos ea fide, nõ nostris operibus, saluos statueret: ueruntamen ea fides non est omnium, 2. Thes. 3. Neq; humanis uiribus aut industria paratur, dei donum, Ephe. 2. Offertur uero, ac ceu per canale ad nos deriuatur uerbo externo ac prædicato uirtute spiritussancti, ut ait Paulus, Fides ex auditu, auditus per uerbum dei. Et Gal. 3. Vtrum ex operibus legis, an ex prædicatione fidei spiritum accepistis? Act. 10. Adhuc loquente Petro uerba hæc, cecidit spiritussanctus super omnes, qui audiebant sermonem. 1. Pet. 1. Verbum domini manet in æternum, Hoc autem est uerbum, quod per Euangelium delatum est ad uos. D. Quis fidei fructus? P. Remißio peccatorum, ut Petrus ait. Huic Christo omnes prophetæ testimoniũ dant, quod remißionem peccatorum accepturi sint ij, qui per nomen eius credituri sunt, Actu. 10. Roma. 5. Iustitia dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt. Rom. 4. Philip. 3. Ioan. 3. Actu. 15. Fides purificat corda. Testimonia ueræ fidei sunt charitatis opera. Gal. 5. Fides ea est, quæ per dilectionem operatur.

Rom. 10.

Ioan. 13. Iã mundi estis ꝑpter sermonem quem audistis.

Fructus fidei.

Fidei testimonia opa charitatis.

DE FIDE.

D. QVOT SVNT FIDEI NOstræ, hoc est, symboli Apostolici capita? P. Tria. Nam in unitate essentiæ diuinæ, pater creator, filius

...redemptor, spiritussanctus sanctificator, recen-
...r. D. Dic, chare præceptor, aliquot de
...itate locos, ut meam poßim munire conscientiam,
... redarguere & conuincere eos, qui negant.

Geñ. 1. In principio creauit deus cœlum et ter- Psal. 33.
... & mare, & omnia quæ in eis sunt: dixit, & & 124.
... sunt: mandauit, & creata sunt, Psalm. 148. Deus pa-
...ritus Elohim (patris & filij) incubabat super ter creator
... Psalm. 103. Emittes spiritum tuum & crea- Verbũ pa
..., & renouabis faciem terræ. Et ait: Facia- tris filius,
... hominem ad imaginem et similitudinem nostrã, ꝑ quẽ ante
... creauit deus hominem ad imaginem & similitu- oĩa sæcula
... suam, August. lib. 7. cap. ultimo de trinitate. fœcit.
...bo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris sui Hebr. 1.
... uirtus eorum, Psalm. 33. Dominus, uerbum, 1. Ioan. 8.
...ritus, trias, oris sui, unitas, Ambros. lib. 1. cap 5.
... spiritusancto. Adparuerunt tres angeli Abrahæ, Gene. 18.
... unum adorauit, tres personæ, unus deus. Exod. & 19.
...15. Deus, deus, dominus, tria nomĩa, misericors,
... Deut. 6. Audi Israël dominus, deus uester, deus,
... est, trinus, unus.

Num. 6. { Benedicat nos deus / Ostendat faciem suam deus / Conuertat uultũ suum deus } det pacem. Deus / Deus det. / Deus

Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum,
Esa. 6. Tres sancti, unus deus. Dominus misit me &
spiritus eius, Esa. 48. trinus unus. Ecce seruus meus

Deus, servus, spiritus, unus.

suscipiam eum, dedi spiritum meum super eum, Esa. 42. Matth. 12. Esa. 61. Luc. 4. Deus Elohim dominus locutus est, & uocauit terram. Psal. 50. plurale refertur ad singulare, Psalm. 72. 117. Benedicat nos deus, deus noster. Benedicat nos deus, & metuant eũ omnes fines terræ, Psalm. 66. Iesu baptizato, insonuit uox patris spiritu uisibili specie columbæ præsente, Luc. 3. Mar. 1. Matth. 17. 2. Pet. 1. Math. 28 Ite & baptizate eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti. 1. Ioan. 5. Tres sunt in cœlo qui testimonium dant, pater, uerbum, & spiritus, & hi tres unũ sunt. Ioan. 14. Ego rogabo patrem, & consolatorem dabit, spiritum ueritatis. 2. Corinth 3. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio spiritussancti sit cum omnibus uobis. In omnibus epistolis Apostolorum, præsertim Pauli, inuenies deum patrem domini nostri Iesu Christi in spiritu sanctificationis, Rom. 1. 15. 1. Corinth. 12. Gal. 4. 1. Pet. 1. Heb. 12. 9. 6. Ehpes. 2. 1. Act. 1. Sap. 1. &c.

Duodecim symboli uerba.

D. Quot sunt symboli uerba? P. Duodecim, teste Augustino, quem sequamur, serm. 181. Sancti Apostoli, inquit, certam regulam fidei tradiderũt, breuem uerbis, sed magnam in pondere, hanc secundum numerum Apostolorum duodecim sententijs cõprehensam, symbolum uocauerunt &c.

D. QVOD est primum symboli uerbum?

P. CRE-

Primus Fidei articulus.

CREDO in deum, patrem omnipotentem, creatorem coeli & terrae. Primus articulus creationis, & primi praecepti expositio.

D. Quis horum uerborum sensus? P. Is corde credo, & confiteor deum omnium rerũ creatorem & conseruatorem, qui omnes homines, adeoq; & me in utero matris formauit, plasmauit & finxit, corpus, animam, sensus donauit, conseruat, ac defendit. [illegible] uictum, et amictum, uxorem, liberos, familiam, opes, & quicquid ad praesentem uitam sustentandã attinet, abundè suppeditat, ut nihil uspiam sit, quod non acceperim, atq; ea omnia paterno adfectu, gratuito sine meritis, hoc est, gratia, bonitate, & misericordia sua largitur: Quare ex [illegible] quae sunt, & quae in meum usum creata, data, propria facta sunt, iure adficior, amantem deum reddere, eum praedicare, gratias illi agere, atq; in omnibus obtemperare. D. Quae est differentia, credere deum, & credere in deum? P. Deum esse [illegible] sathan, & contremiscit. Et Paulus ait, Impios [illegible] creatorem ex his uisibilibus creaturis cognouerunt, cum in corde dicunt, non est deus, deum [illegible] glorificauerunt. In deum uero credere, est omnem spem & fiduciam in deo fixam, & ratam habere [illegible] creatorem deum ex creaturis, operibus, ac donis cognoscere, q. pater sit, hoc nec sathan, nec impius credit. D. Dic aliquot locos de deo patre nostro. P. Matth. 23. Patrem nolite uocare uobis super

Paulus: quid habes qđ nõ accepisti?

Credo.

Credere Deum.

Credere in Deum.

Iacob. 2.

August. serm. 18.

Deus.

Pater.

terram, unus est enim pater uester, qui in coelis est. Mar. 11. Remittite, & pater uester qui in coelis, remittet uobis. Luc. 7. Pater uester coelestis dabit spiritum sanctum poscentibus se. Matth 6. Nouit pater uester coelestis q. opus habeatis his omnibus: orate
2. Cor. 1. uero, Pater noster, qui es in &c. Pater thesaurizabit filijs suis, ipsi enim est cura de filijs, 2. Corin. 12. 1. Pe. 5. Esa. 63 Tu domine pater noster es, nos uero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum nos omnes, 64. cap. Hierem. 31. Sap 2. Malach. 1. Si pater ego sum, ubi est honor meus? Et capit. 2. Numquid non pater unus omnium nostrum? numquid non deus unus creauit nos &c. D. Cur addit omnipotens? P. Ne dubitemus de patris
Omnipotens. uiribus, sed fide accipiamus eius potentiam, q. uocare posit ea, quae non sunt tanq̃ ut sunt, Rom. 4 Qui uerbo creet omnia. Geñ. 1. Ioan. 1. Agatq; omnia uerbo potentiae suae. Heb. 1. ita q. iam deus sit, & pater, posit & uelit praestare, quod promisit. Fidelis praeterea est, seipsum non negat, 2. Timoth. 2. Miseretur omnium, inquit Sapiens, qui omnia potest, &
Sap. 11. dißimulat peccata hominum propter poenitentiam. Confert de coelo sua benefitia, dãs pluuias, & tẽpora fructifera, implet cibo & letitia corda nostra, Act. 14. Hebreis propterea schaddai dicitur, quod cum posit & habeat omnia, sufficienter & abunde etiam

præstet quottidie. D. Vbi omnipotens deus dicitur? P. Gene. 17. Ego sum deus omnipotens. Exod. 15. Omnipotens nomen eius &c. Luc. 1. Apud deum non est impossibile omne uerbum. Marc. 10. Omnia possibilia sunt apud deum, Hierem. 32. Psalm. 139. Esai. 56. D. Cur uocat deum patrem, creatorem cœli & terræ? P. Vt ipse est alpha & ω, principium & finis omnium, qui est, qui erat, et qui uenturus est omnipotens, Apoc. 1. Quod ipse fecit nos, non ipsi nos, Psalm. 99. Nos opus manuum suarum, Psalm. 118. Iob. 10. Manus tuæ domine fecerũt me etc. Esa. 40. Quemadmodũ pater miseretur filiorum suorum, ita misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse nouit figmentum nostrum. Ezech. 18. Hierem. 18. Sicut lutum in manu figuli, ita nos in manu dei, Rom. 9. Humiliemini ergo sub potenti manu dei, 1. Pet. 3. Ecclesiast. 33.

Hebr. 13. Psal. 3. 88. 102.

Deinde creator dicitur ratione doni: nam postea quam creasset omnia, dixit deus ad hominem, Subijcite terram uobis, dominamini piscibus maris, uolatilibus cœli, & uniuersis animantibus, ecce dedi uobis omnem herbam &c. Gen. 1. 9. Et Psalm. 103. Educens panem de terra, ut cor hominis confortet, & uinum et oleum, ut lætificet faciem eius. Sic solem non dedit, ut præsit diei: sic lunã nocti: sic reliqua sydera educit in numero, et omnibus eis nomina uocãs, Esai. 40. Psalm. 146. 135. Iob. 9. Vt sine nobis in...

Creator. Terræ.

Creator dator dicitur.

signa, tempora, dies & annos, Esa. 45.

Redemptionis articulus.

D. Dic redemptionis articulum. P. CREDO & in Iesum Christum, filium eius, unicum, dominum nostrum.

D. Est itaq; Iesus Christus natura deus, secūda in diuina triade persona? P. Est. Dic scripturas, mi præceptor, de Christo deo, & homine uero, contra Arrianos. P. Gen̄. 3. ait dominus deus ad serpentem, Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius, ipsum conteret caput tuum. Ecce Christus deus, qui caput serpentis antiqui peccatum, mortem, diabolum, ipsum cum inferno contriuit, uicit, & de his triumphauit. Ose. 6. O mors ubi aculeus tuus? ubi tua inferne uictoria? Deo gratia, qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum, 1. Corinth. 15. Heb. 2. Per mortem Christus aboleuit eū, qui mortis habebat imperiū, hoc est, diabolū. Ioan. 12. Princeps mūdi eiectus est foras, non habet in me quicq̄. Gen̄. 19. Dñs pluit à domino super Sodomam et Gomorrham sulphur & ignem. Gen̄. 22. 26. 28. In semine tuo benedicentur omnes gentes & tribus terræ, in semine tuo dicit, non in seminibus, & in semine tuo qui est Christus, Gal. 3. Rom. 4. Non angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit, Heb. 2. Actu. 3. Gen̄. 14. Heb. 7. Christus sacerdos & pontifex secundum ordinem

Christus homo ex mulieris semine, Gal. 4.

Deus, quia diabolum uicit & mortem, Esai. 25.

Semē Abrahæ bñdictū, Christus deus & homo.

Melchi-

Melchisedech. Pius, innocens, impollutus, sublimior coelis factus, Psalm. 111. Gen. 49. Non aufferetur sceptrum de Iuda, nec doctor de subsellijs eius, donec ueniat Silo, cui populo adhærebunt. Num. 21. Sicut Moses erexit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum, nõ pereat, sed habeat uitam æternam, Ioan. 3. Maledictus qui pendet in ligno, ut tollat maledictionem, Gal. 3. 2. Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, 1. Corinth. 5. Petra erit Christus, Exo. 16. 17. 1. Corinth. 10. Christus, manna, uerus panis, qui de coelo descendit, Exod. 16. Ioan 6. Num. 11. Psalm. 77. Solomone maior, Matth. 6. Luc. 11. Ioanne baptista, Matth. 11. Melchizedeco, Heb. 9. Sampsone et cæteris, Hebr. 11. Iudic. 13. Iona, Matth. 12 &c. Deut. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, qui eius uerba audire noluerit, ego ultor existam. Petrus, Actu. 3. & Stephanus 7. Christum deum & hominem interpretantur, In ore duorũ &c. Deut. 17. Ioan. 8. Heb. 4. Si Iosue requiem populo Israelitico præstitisset, nequaq̃ de alio post Dauid fuisset locutus, Hodie si uocem eius audieritis &c. Psalm. 94. Iosue 3. 4. Matth. 1. Saluum faciet populum suum à peccatis suis. E Ruth 4. Matthæus & Lucas ex semine Dauid & Abrahæ Christi recensent genealogiam declarati filij dei cum potentia, Rom. 1. Matth. 1. Psalm. 117. Lapidem quem reprobaue-

Homo. Deus.

1. Ioan. 3. Roma. 8.

Deut. 21.

Moses de Chrõ scripsit Ioh. 5 Luca 24. Oportet ipleri quæ scripta sũt &c. Act. 10. 3. huic omnes prophetæ etc.

runt ædificantes, hic factus est in caput anguli &c.
Esa.8 28. Actu.4. Christus est, inquit Petrus, lapis
ille, 1. Corinth. 10. Matth. 16. Rom. 9. Psalm. 44.
Christus, deus, homo. Vnxit, TE DEVS, deus tuus oleo letitiæ præ consortibus. Heb. 1. Esa. 65. Luc. 4. Esa. 11. Psalm. 8.
Quid est homo &c. Heb. 2. Christum interpretatur.
Esa. 9. Paruulus natus est nobis &c. Nomen eius
deus fortis &c. Esa. 40. 45. 48. Marc. 3. Esai. 49.
65. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus usq; ad extremum terræ, 46. Actu. 13. Rom. 10. Vere languores nostros ipse portauit, Esai. 53. Actuum 8.
Matth. 8. Mar. 15. Luc. 22. 1. Pe. 3. Ioan. 12. Rom.
Christus, Deus, Homo. 10. Hierem, 23. 33. Ecce dies uenient, dicit dominus, suscitabo Dauid uerbū bonum &c. & hoc est nomen eius, DEVS iustus noster, Hierem. 31. Hebræ. 8.
Daniel. 2. 7. 3. Vidit in uisione filiū hominis, cui dedit deus potestatem æternam, Matth. 28. Daniel. 9.
Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum meum &c. & finem accipiet peccatum, et adducetur iustitia æterna, occidetur Christus, dissipabitur populus, & erit perpetua desolatio, Matth. 24.
Mich. 5. Et tu Bethlehē terra Iuda nequaq̄ es minima, ex te enim exibit dux populi mei, egreßio eius à diebus æternitatis, Matth. 2. Zach. 9. Exulta filia Sion, ecce rex tuus uenit tibi, iustus, saluator, pauper &c.
Matth. 21. Videbunt in quem puppugerunt, Zach. 12. Ioan. 19. Item, Percutiam pastorem, 13. Matth.
26.

[illegible] Mar. 14. Zach. 11. Et acceperunt triginta ar-
[illegible]tos &c. Matth. 27. Malach. 3. 4. Ecce ego mit-
[illegible] angelum meum &c. Et statim ueniet domina-
[illegible] quem uultis, Matth. 11. Marc. 1. Luc. 7. Mat-
theus, Marcus, Lucas, Christi humanitatem, in qua
[illegible] habitabat corporaliter, Collo. 2. atq; adeo eius
[illegible], miracula, mortem, resurrectionem, ascensio-
nem, ad dexteram dei sessionem, describunt, unde &
uerum deum & hominem liquido agnoscimus, coli-
[illegible] & adoramus. Ioannes uero eius diuinitatem,
[illegible] paulo fusius exponit, unde Aquilæ rotis a-
pud Ezech. 1. cap. innixæ, propter uolatus altitudinē
comparatur: orditur enim Ioan. 1 In principio erat
uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat il-
lud uerbum: hoc erat in principio apud deum, om-
nia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est ni-
hil quod factum est: Et uerbum caro factum est, &
habitauit in nobis. Ioan. 6. Ego sum panis uitæ, qui
[illegible] ad me, non esuriet: & qui credit in me, non si-
[illegible] unquam. 8. Abraham exultauit ut uideret diem
[illegible], & uidit, & gauisus est &c. Anteq̃ Abraham
[illegible], ego sum. 9. Dixit ad cœcum Christus, Tu cre-
[illegible] in filium dei? Respondit cœcus: Credo domine,
[illegible] adorauit eum. 10. Ego & pater unum sumus:
[illegible] in me est, & ego in patre. Dicunt Iudæi, Tu cū
[illegible] sis, facis te ipsum deum? 12. Qui credit in
[illegible] credit in me, sed in eū, qui misit me. 14. Cre-

Christus, Homo, Deus.

ditis in deum, & in me credite. 17. Rogo pater pro
ijs, qui credituri sunt in me per sermonem discipulo-
rum. 20. ait Thomas, Dominus meus et deus meus.
Homo, Rom. 9. Ex Iudæis Christus quantum ad carnem
Deus. attinet, qui est in omnibus laudandus DEVS in
sæcula. Philip. 2. Christus cum esset in forma Dei,
exinaniuit se, in figura repertus ut homo. Colloss.
Christus imago dei, Heb. 1. 2. Corinth. 4. 1. Timoth.
3. Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in
spiritu, uisus est angelis, prædicatus est gentibus, Fides
illi habita est in mundo, receptus est in gloria. Ti-
tum 3. Amor & bonitas seruatoris nostri Dei adpa-
ruit &c. Heb. 13. Iesus Christus heri & hodie, idem
est in sæcula. Act. 20. Spiritussanctus posuit uos e-
piscopos ad regendam ecclesiam DEI, quam acqui-
siuit sanguine suo. 1. Ioan. 2. 4. 5. Iesus Christus ue-
rus DEVS est, & uita æterna. D. Satis
locorũ adduxisti de deo Christo & homine, sed quid
significent hæc nomina, Iesus, Christus, ostende.
P. Sunt & innumeri alij loci, quibus si ab officijs,
effectibus, caussis &c. syllogismo, inductione, aut en-
thymemate ratiocineris, non extaret caput in nouo
testamento, quin Christi diuinitatem ex eo conuince-
re possemus, sed nimis longum foret omnia persequi,
quare in præsentiarum sat erit aliquot attigisse, ex
quibus reliqui pendere uideantur: sed iam ad inter-
Iesus. rogata respondeo, cur Christus nomen Iesus sortitus
sit.

att. 1. Vocabis nomen eius Iesum, is enim saluū
populum suū à peccatis suis. Luc. 2. ait ange-
annunctio uobis gaudium magnū, quod fu-
est toti populo, quia natus est hodie seruator,
est Christus dominus. Esa. 9. 7. Et uocabitur no-
eius Emanuel, hoc est, nobiscum deus. Luc. 1. Is
magnus, & filius altißimi uocabitur. Hierem.
33. Et hoc est nomen, q uocabunt eum, Deus iustus
noster. D. Cur dicitur Christus? P. Eo
fuerit à Spiritusancto unctus in regem et sacerdo- *Christus.*
tem. Totum sacerdotium leuiticum umbra erat, &
Christus ipsum corpus, Col. 2. Heb. 7. Nos habemus
pontificem &c. Et Psalm. 110. Tu es sacerdos secum
dum ordinem Melchizedech. Sacerdotum erat ora-
re pro populo. Christus uero sacerdos impollutus,
Heb. 5. orauit, & cum clamore ualido & lachrymis
obtulisset sese, exauditus est pro reuerentia, Heb. 5.
Esa. 53. 1. Pet. 3. Psalm. 21. Heb. 9. Sacerdotum
est pro populo intercedere tanquàm mediatores in- *Sacerdos Christus orat.*
ter deum & populum. At hic Christus perpetuum
habet sacerdotiū, semper interpellat pro nobis. Heb.
7. 8. 9. 10. Videatur tota Christi oratio, Ioan. 17. Pa- *Christus intercedit.*
ter rogo pro ijs &c. 1. Timoth. 2. Vnus deus, unus
etiam conciliator dei & hominum, homo Iesus Chri-
stus, Rom. 8. 3. 5. Christus intercedit pro nobis, 1.
Ioan. 2. Aduocatus noster &c. D. Christus
qualis rex, & cuiusmodi eius regnum est? P.

Christus rex. Rex est, sed non de hoc mundo, ut Iudaei somniabant de Messiah suo, & Apostoli Matth. 20. Act. 1. Sed
Hier. 31. rex est, qui regnat in iudicio, ut scriptura ait, & iu-
2. Reg. 7. stitia in aeternum. Et qui fide effecti sunt filij Dei, in
2. Par. 17 hoc suo regno tuebuntur a tyrannide peccati, mortis
Actu. 13. & diaboli. Hinc Christus in scripturis filius Dauidis
Luce 1. dis regis, regis filius dicitur, Matt 1. 15. 20. 21. 22.
Rex descendit. Hierem. 30. Esa. 11. Ose. 3. Actu. 7. 13. Psalm 2. Ego autem constitutus sum rex super Zion montem
Matth. 2. sanctum. Zach. 9. Ecce rex tuus uenit tibi. Sic Chri-
Vbi est rex Iudaeorum? stus primogenitus dicitur, quod illi debetur sacerdotalis & regia haec dignitas, Matth. 1. Exod. 13. 22. Num. 8. D. Dic praeceptor obseruande ubi
Pater habet filium. scriptura habet, patrem deum habere filium unicum, quem credimus dominũ nostrũ. P. 2. Reg. 7. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Psal. 131. Iurauit dominus Dauid ueritatem, & non fru-
Hebre. 1. strabitur eum, de fructu uetris tui ponam super sedem
Apoc. 21. tuam. Psalm. 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te.
Psalm. 96 Esa. 9. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.
Rom. 8. Qui proprio filio suo non pepercit &c.
Matth. 3. Vox de coelo audita est, Hic est filius meus dilectus, Matth. 17. Mar. 1. 9. Luc. 3. 2. Pet. 1. Mar. 14. Vere filius dei es &c. Matth. 16. ad discipulos,
Christus filius patris. Quem uos me dicitis esse? Respondit Petrus, Tu es Christus ille filius dei uiuentis, Luc. 9. Marc. 8. Hoc sathan fatetur, Mar. 5. Quid mihi tecum est Iesu fili dei

altißimi. Et angeli, Lucæ 1. Filius altißimi uoca-
bitur. Centurio Mar. 15. Verè homo hic erat filius
dei. Ioan. 3. Non misit deus filium suum in mundũ
ut condemnet &c. per totum Ioan. in singulis capiti-
bus meminit Christus patris sui, & in omnibus epi
stolis Pauli, Petri, & aliorum &c. D. Quid
est q̃ dicit, unicum? P. Id, quod Græci dicunt,
μονογενής, ex deo ab æterno genitus, sicut Psal. ha- Psalm. 2.
bet, Hodie genui te. Et Mich. 7. Egreßio eius à diebus
æternitatis. Vnigenitus ex patre natus ante omnia Christus
secula, deum de deo, canit ecclesia, lumen de lumine, unicus, na-
deum uerum ex deo uero, genitum non factum con- tura cum
substantialem patri, per quem omnia facta sunt. Sic patre deus
Athanasius, Filius à patre solo non factus, non crea-
tus, sed genitus, deus ex substantia patris ante secula
&c. D. Dic scripturas. P. Gene. 22.
Tolle unigenitum filium tuum, quem diligis &c. Fa- Corpus re
ctus obediẽs patri usq; ad mortem, Philip. 2. Esa. 53. spondit fi-
Luc. 20. Mittam filium meum dilectum, forsitan cum guræ.
hunc uiderint, reuerebuntur, Marc. 12. Ioan. 3. Sic
deus dilexit mundum ut filium eius τὸν μονογενῆ Zach. 12.
dedit &c. Ioan. 1. Vidimus gloriam eius uelut uni- Hier. 6. de
geniti à patre &c. 1. Ioan. 4. In hoc adparuit chari- planctu.
tas dei, quòd filium suum unigenitum misit deus in
mundum. D. Sumus ne & nos filij dei? P.
Sumus, sed non natura, uerum participatiõe, adoptio-
ne scz. et gratia per fidem. Ioan. 1. Dedit potestatem

Et nos filij dei dilecti per dilectum eius filium.
Adoptio.

filios dei fieri his, qui credunt in nomen eius. Quod si filij, ergo hæredes: Hæredes quidem dei, cohæredes Christi, Rom. 8. Ephes. 1, Prædestinauit nos, ut adoptaret in filios per Iesum Christum, Rom. 8. Gal. 4 Adoptione ius filiorum accipimus, 3. 2 Corinth. 6. Ephes. 5. 1. Ioan. 3. D. Cur addit, Dominum

Dominū nostrum.

nostrum? P. Ideo, quia is dominus uerè dici potest, qui mortem moriendo destruxit, sathanam foras eiecit, peccatū chirographi sustulit, captiuam duxit captiuitatem, dona hominibus impartiens &c. quare hominum, hoc est, dominus noster est, cū nostri gratia mortuus sit, et resurrexerit propter iustitiam nostrā, dux & princeps noster factus: tuetur, liberat, & conseruat nos, caput nostrum, nos eius membra, Ephe. 5. Et hoc ualde consolatorium est adflictis conscientijs.

Ose. 13.
Ioan. 12.
Ephe. 2. 4
Roman. 6

Secundus articulus redēptiōis

D. QVOD est secundum redemptionis membrum? P. QVI CONCEPTVS est de spiritu sancto, Natus ex Maria uirgine &c.

D. Quis huius uerbi sensus? P. Corde credimus, & ore fatemur, Christum non solum ab æterno à patre genitum, uerumetiam cum plenitudo temporis accesserit, eundem filium suum miserit, factum ex muliere, ut Paulus ait Gal. 4. Non ex uoluntate uiri aut carnis, uerum de spiritu sancto deo con-

Ioan. 1.

ceptum,

[illegible] predixerat discipulis, quòd oporteret ipsum
[illegible] pati à senioribus, scribis, & principibus sacer-
[illegible]. Mar. 8. & 9. ait, Scriptum est de filio homi-
[illegible] multa patiatur, contemnatur, ac morte adficia-
[illegible]. Luc. 9. 17. Actu. 3. Deus quæ prænunciauerat
[illegible] omnium prophetarum Christum passurũ, im-
[illegible]. Act. 13. 17. 20. 26. Aperiens Paulus os suum
[illegible] allegans scripturas de morte Christi. Luc. ultimo Ioan. 5.
[illegible] est impleri de me omnia, quæ scripta sunt in Moses de
[illegible] Mosi, prophetis et psalmis &c. Moses de Chri me scrip-
[illegible] passione sub uelamine nullo non capite scribit, Ge. sit.
[illegible] 15. 22. 41. Mactatio agni. Exod. 12. Conspersio
[illegible] sanguinis ac foederis, Exo. 31. cum omnibus ceremo
[illegible]. Num. 21. Ioan. 3. Deut. 18. 21. Gal. 3. Esai. 2.
[illegible] 11. 41. 42. Matth. 12. 46. 49. Actu. 13. 2.
[illegible]. 6. Esai. 50. Corpus meum dedi percutientibus,
[illegible] genas meas uellentibus, faciem meam non auerti ab
[illegible] increpantibus & conspuentibus in me. Ipse propter
[illegible] iniquitates nostras uulneratus est, Matt. 8. Luc. 4.
[illegible] 61. 62. 63. 64. 25. Ro. 10. 66 Actu. Hier.
11. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad ui
[illegible], et aiunt, eradamus eum de terra uiuentium,
& nomen eius non memoretur amplius. Sap. 2. Inu-
[illegible] est nobis cõtrarius uijs nostris. Hie. 23. In die-
bus illis saluabitur Iuda. 31. Propiciabor iniquitati
[illegible]. 33. Germinare faciam &c. Trenorũ 3. 4.

Iosiā Christi figurā, Hieron. intelligit captū ob populi peccatum. Spiritus naris nostræ Messiah dei captus est in laqueis nostris. Vide Baruch 3. Ose. 6. 13. Iohel. 2. Sol conuertetur in tenebras. Actu. 2. Amos 2. Ion. 2. Mich. 2. 5. Abac. 2. Aggei 2. Zacha. 9. 11. 12. 13. 14. Mal. 3. Psalmi pleni paßionum, contumeliarū, adflictionum Christi, Psal. 2. 3. 8. 20. 21. Ego uermis sum & non homo, opprobrium hominum et despectio plebis. Omnes uidentes me, subsannauerunt me. Aperiūt labia sua, mouent caput. Numerabo ossa mea, diuidunt uestimenta mea sibi. Psalm. 37. 39. 34. 54. 68. 72. Dederunt in escam fel, & in siti potauerunt me aceto. 131. 108. 142. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa. 40. Qui edit mecum dulces panes &c. Plenæ sunt Apostolorum epistolæ, Rom. 3. Per sanguinem Christi redemptiōem partam esse. Et 5. Cum essemus inimici, reconciliati sumus deo patri per mortem filij eius, 6. 8. Christus mortuus pro nobis, 14. 15. &c.

Crucifixus. Mortuus. Crucifixus: Deut. 21. Execrabilis omnis, qui pendet in ligno. Gal. 3. Pro nobis factus execratio. Num. 21. Sicut Moses erexit serpentem &c. Ioan. 3. 1. Corinth. 4. Si cognouissent, haudquaq̄ dominum gloriæ crucifixissent. Actu. 2. 4. 1. Corint. 5. 15. Gal. 1. 2. 3. 4. & 6. Ephe. 1. 2. 5. Philip. 2. 3. Coll. 1. 2. 3. 1. Theß. 2. 4. 5. 1. Timot. 1. 2. Titum 3. ad Hebræos per omnia cap. 1. Pet. 2. 3. 4. 1. Ioan. 1. 2. 3. 4.

Sepultus. Sepultus: 1. Corint. 15. Tradidi uobis in primis, quod & acceperam, quod

Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris secun-
dum scripturas: Et q. sepultus sit secundum scriptu-
ras: & q. resurrexerit secundum scripturas, tertia
die. Psalm. 2. Iacui & dormiui &c. Et 4. In pace
simul iacebo & dormiam. 15. Caro mea habitabit
in spe. Esa. 11. Sepulchrũ eius gloriosum. Psal.
88. Sepultura Christi testes, Matth. 27. Marc. 15.
Luc. 23. Ioan. 19.

D. QVOD est quartum redemptiõis mem-
brum? P. DESCENDIT ad inferos, Ter- | Quartus fidei articulus.
tia die resurrexit à mortuis.

D. Quomodo intelligis, Christum descendisse
ad inferos? P. Postquàm Christus commendas-
set spiritum suũ in manus patris, mortem morte inte-
rimens, corpus sanctißimum iacuit sepulchro quie-
tum, uerum anima eius ad inferos descendit, ut etiam
principem inferorũ spoliaret, uinceret, ac de eo quoq;
triumpharet, ne post hac eos, quos Christus fide in
regnum suum adsereret, aut mors, aut mortis acu-
leus, peccatum, infernus, aut sathan obnoxios detine-
re posset, Rom. 8. D. Dic scripturas. P.
Ose. 13. Absorpta est mors in uictoriã: ubi tuus mors
aculeus? ubi tua inferne uictoria? Gratia autem deo
qui dedit nobis uictoriam per dominũ nostrũ Iesum
Christum, 1. Corinth. 15. Act. 2. Viri Israëlitæ &c.

Psalm. 15. Non derelinques animam meam in inferno, nec sines ut sanctus tuus uideat corruptionem. Et Psal. scripto per spiritum sanctum, Actu. 1. Christus orat ne absorbeat eum profundum, neq; claudat puteus os suum &c. Ion. 2. De uentre inferni clamaui ad te, de manu foueæ accipies me. Psalm. 86. 29. 82. Misericordia tua magna est super me, eripuisti animam meam ex inferno inferiori. Et 30. Domine eduxisti ex inferno animam meam. Psalm. 77. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis passus est, mortificatus carne, uiuificatus spiritu, & in quo etiam abijt, & spiritibus qui erant in carcere prædicauit, qui inobedientes fuerant quondam. Esa. 42. Educes de conclusione uinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. 49. Dices his qui uincti sunt, exite. Ephes. 4. Quid est quòd ascendit, nisi q; descenderit etiam in infimas terræ partes. Psalm. 64 Eccles. 24. Penetrabo &c. Coll. 2. Christus condonauit nobis omnia delicta, deleto quod aduersus nos erat chirographo, affixum cruci, expoliatosq; principatus ac potestates, palàm triumphans per semetipsum de illis.

Psalm. 107. Contriuit portas æreas, & uectes ferreos confregit, Esa. 45. Luc 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt quæ possidet: ubi uero fortior eo superueniens, uicerit eum, uniuersa arma eius auffert. Zach. 9 Tu uero in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quo nõ est aqua.

Psalm. 69

Esai. 61. Vt prædicem remissionem captiuis. Luce 4.

Psalm. 24 Attollite portæ etc.

Fidei articul[?] [handwritten]

[...] Apoc. 20. Et steterunt in conspectu dei mortui [...] magni & pusilli, & iudicati sunt, mors & infernus [...] derunt illos, mors et infernus coniecti sunt in sta[...] gnum ignis, 4. Esd 4. Ioan. 12. Si exaltatus fuero à [...] terra, omnia traham ad me: Omnia enim traxit, in[...] quit August. qui de electis suis apud inferos nullū re[...] liquit. D. Dictus ne erat is locus infernus, ubi [...] in morte & tenebris capti propter reatum Adæ in [...] genus humanum propagatum, pij expectabant uti [...] Simeon salutare dei? P. Etiam: nam illuc pro[...] pterea Christus descendit, ut Adam, patriarchas, pro[...] phetas, omnesq́; iustos de captiuitate inferniq́; loco li[...] beraret, & ad perpetua uitæ gaudia reuocaret: nam [...] eo loci adpositi & congregati sint ante aduentū Chri[...] sti quotquot in fide Abrahæ & seminis promißione [...] decesserint & obdormierint, illuc ab angelis depor[...] tati, Luc, 16. Geñ. 37. Descendam ad filium meum [...] lugens in infernum. Iacob Geñ. 49. ait, Ego congre[...] gor ad populum meum, collegitq́; pedes suos, super [...] lectulum obijt & adpositus est ad populum suum. [...] Deut. 32. locutus est dominus ad Mosen, Ascende ad [...] montem istum, et morere ibi, quem conscendens iun[...] geris populis tuis sicut mortuus est Aaron frater [...] tuus, & adpositus est populis suis. Sic obdormiuit [...] Dauid cum patribus suis, 3. Reg. 3. Sic Solomon, [...] 3. Reg. 11. Dormiunt in fide & spe pij, non mo[...] riuntur, Act. 7. Matth. 9. Marc. 5. Ioan. 11. 1. Thes.

Lucæ 2.

Sinus seu limbus sanctorum patrū Adam Abraham Isaac, Dauid &c.

Sinus Abrahe fides promißionis.

Esai. 24. Congregabūtur &c.

4.Apoc 14. Impij uero moriuntur, & descendunt ad locum inferni cruciatuum, Luc. 16.10. Matt. 11. 2.Pet.2.Num.16.Iob.21.Psal.6.9.30.54.Prou. 2.8.Ecclesiast.9.Sap.5.Esai.14.38.66.

Quintus fidei articulus.

D. Doce me resurrectionis Christi articulum.

P. Eo articulo glorioso fatemur, q. nec mors, sathan, aut infernus Christum regem gloriæ & dominum nostrum tenere potuit, sed resurgendo uicit, ac de eis, ut dixi, triumphauit, ut credentes in eum, per eum mortem & sathanam quandoq; essent uicturi, sicut ait ipse, gaudete, quia ego uici mundũ, & mundi princeps eiectus est foras, Ioan, 12. Sic Christi resurrectio nostra est, propter iustitiam enim nostram resurrexit, Roma.4. Ioan.14. Ego resurrectio & uita &c.

1.Ioan.4. Hæc est uictoria fides uestra.

1.Cor.15

D. Dic resurrectionis Christi testimonia.

P. Quemadmodum fuit Ionas in uentre coeti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus. Ion.2. Luc.11.Marc.8.Matth.12 Ose.6. Dominus percutit & sanat, uiuificabit me post duos dies, & in die tertia suscitabit me, & uiuam. Ioan.2. Destruam templum hoc, & in tribus diebus erigam illud: locutus uero est de templo corporis sui. Psal. 3.Dormiui & soporatus sum, & exurrexi. Euangelistæ testantur eius resurrectionem post triduum fore, sicut ipse prædixerat sæpe. Matth. 16.17.20. 26,27.28. Marc.8.9,10.12,14.16. Luc.9.13. 18.24.

Lu.12.16

ti. 14. Ioan. 14. 16. 20. Actu. 1. Apostolis seipsum exhibuit uiuentem, postquam supplicio fuit affectus, 3. 4. 5. 10. 13. 17. 26. Authorem uitæ deus suscitauit à mortuis, cuius nos omnes testes sumus.

Paulus Rom. 1. Gal. 1. Iesus Christus dominus noster resurrexit à mortuis. Rom 8. Quòd si spiritus eius qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis: idem qui excitauit Christum ex mortuis, uiuificabit & mortalia uestra corpora, 1. Cor. 15. 16. Philip. 3. Coll. 2. Rom. 6. Cum Christo consepulti sumus in mortem per baptismum, sic & per illum resurgemus per fidem operationis dei, qui excitauit eum ex mortuis, 1. Thess. 4. Rom. 10. Si confessus fueris ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quod deus illum excitauit ex mortuis, saluus eris. Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, mors illi ultra non dominatur. Rom. 14. Christus mortuus est & resurrexit, & reuixit ut mortuis ac uiuentibus dominaretur. Ephes. 1. 2. Deus suscitauit Christum ex mortuis, & sedere fecit ad dexteram eius super omnem principatum & potestatem. Philip. 2. In summum extulit eum. Coll. 1. Christus principium & primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primus tenens. 1. Corinth. 15. Heb. 1. Apoc. 1. 2. Timoth. 2. Memento Iesum Christum resurrexisse ex mortuis, ex semine Dauid, secundum Euangelium meum, Rom. 1. 2. 4. 6. 7. 10. 13. 1. Pet. 1.

Fructus resurrectionis Christi.

Hebr. 2. Psalm. 8. 1. Pet. 3

Christus primitiæ dormientium.

minatur non solum in seculo hoc, uerum in futuro, Matth. 26. Marc. 14. Amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis dei. Heb. 1. Purgatione facta peccatorum per semetipsum consedit in dextra maiestatis in excelsis. Et 12. Christus pertulit crucem contempta ignominia, ad dextram throni dei consedit. Apoc. 3. Qui uicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici, & consedi cum patre meo in throno eius. Col. 3. Itaq; si consurrexistis unà cum Christo, superna quærite, ubi Christus est ad dexteram dei sedens. D. Quid est dextera dei? P. Christus ipse patris potentia, maiestas & fortitudo, per quem omnia in omnibus operatur. Luc. 1. Fecit potentiam in brachio, hoc est, Christo suo. Esai. 53. Brachium domini cui reuelatũ est? Psalm. 76. 78. 2. Reg. 8. Brachium domini extentũ est ubiq; &c.

Christus dextra dei et brachiũ extentum ubiq;.

D. DIC sextum & ultimum redemptionis membrum? P. INDE uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

Septimus articulus fidei.

D. Quæ est sententia huius? P. Credo quòd in nouißimo die ineffabili maiestate, magna potentia & gloria Christus natus, passus, mortuus, per omnia in primo aduentu tentatus ac humiliatus, qui etiam ad inferos descendit, ad coelos conscendit, ad dexteram consedit, uenturus sit iudex ad ferendam sententiam cum de uiuis, quos tum ille diesßicut in die-

... Noë et Loth accidit, repentinus oppressurus est, Luc. 17. 1. Theß. 4. tum de mortuis, qui ante hunc aduentum de corpore ac uita migrarunt ac exierunt, hoc est, iudicaturus est impios, & de eis sumpturus pœnam æternam igne inextinguibili, qui illis et diabolo præparatus est. Pios uero erepturus ab omnibus malis, & absterfurus ab oculis omnem lachrymam, Apoc. 7. 14. Sap 5. Esai. 25. D. Dic scripturas de Christi secundo aduentu glorioso. P. Matth. 25. totum describitur iuditium, pijs dicet, Venite benedicti patris mei, poßidete regnum &c. Impijs, Ite maledicti in ignem æternum, & ibunt hij in supplicium æternum, Iusti uero in uitam æternam, Luc. 9. 2. Theß. 1. 1. Theß. 4. Hoc uobis dicimus in uerbo dñi, q; nos qui uiuemus, nequaq̃ preueniemus eos, qui dormiunt, quoniam ipse dominus cum hortatu & uoce archangeli & tuba dei descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primum, deinde nos qui uiuemus, simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum domini in aëra, & sic semper cum domino erimus. Matth. 24. Sicut fulgur exit ab oriente, & adparet usq; in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Sol obscurabitur, luna non dabit splendorem suum, stellæ cadent de cœlo, uirtutes; cœlorum commouebuntur, tunc adparebit signum filij hominis in cœlo, & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli cum uirtute & gloria multa, et mittet angelos suos cum tubæ uoce magna, & congregabunt

Lucæ 21. Ingruet dies ille subitus, et tanq̃ laqueus, & fur in nocte.

electos, Marc. 13. Luc. 21. Matth. 26. Matth. 19. Luc. 11 Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël, Luc. 22. Matth. 12. 1. Corinth. 6. An nescitis q; sancti mundum & angelos iudicabunt. Ioan. 5. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium

1. Tim. 6. dedit filio. Actu. 17. Deus statuit diem, in quo iudicaturus est orbem terrarum cum iustitia, per eum uirum quem decreuerat. Apoc. 1. Ecce uenit Christus cum nubibus, & uidebit eum omnis caro, & qui eum cōpunxerunt. Daniel. 7. Ecce uenit dominus cū sanctis milibus suis, ut faciat iuditium aduersus omnes. 1. Corinth. 1. 2. Theß. 2. 1. Timoth. 6. Esa. 3. 1. Theß. 1. Iudas 1. cap. ex Enoch. 2. Theß. 1. Reuelabitur dominus Iesus de cœlo cum angelis potentiæ suæ cum incendio flammæ, & infliget ultionem his, qui non nouerunt deum, & luent pœnam interitum æternum. 2. Pet. 3. Veniet dies domini sicut fur in nocte, quo cœli procellæ in morem transibunt, elementa æstuantia soluentur. Luc. 21. Marc. 9. Vigilate itaq;, quia nescitis horam qua dominus uenturus sit. Apoc. 3. 16. 1. Theß. 5. Actu. 1. Matth. 24. Luc. 23. Mar. 13. 1 Corinth. 10. 1. Ioan. 2. 1. Pet. 2. Apoc. 22. Psalm. 49. Deus manifeste ueniet, ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas ualida, Heb. 10. Esa. 66. Malach. 4. Ecce dies ueniet

succensa

[illegible] quasi caminus. Dies iræ, dies angustiæ & [illegible]lationis, calamitatis & miseriæ, tenebrarum et [illegible], Zach. 14. Sophon. 1. 2. Malach. 4. Iohe. 1. [illegible] 13. 51. Matth. 24. Erit talis angustia qualis non [illegible] à primordio mundi neq; erit &c. [illegible] Corin. 4. [illegible] ante tempus quicquam iudicetis, donec uenerit [illegible], qui et illustraturus est occulta tenebrarum, 2. Timoth. 4. Obsecro te ego coram deo & domino [illegible] Iesu Christo, qui iudicaturus est uiuos & mor[illegible] in adparitiõe sua, et in regno suo. Act. 10 Præ[illegible] nobis Christus ut prædicaremus populo, ac te[illegible]aremur quòd ipse sit ille, qui constitutus sit à deo [illegible] uiuorum & mortuorum. 1. Pet. 4. Reddituri [illegible] rationem ei, qui iudicaturus est uiuos & mor[illegible]. Psalm. 95. 9. 2. Iudicabit orbem terræ in æqui[illegible] & populos in ueritate &c.

Rom. 2.

Christus iudicabit uiuos & mortuos.

D. DIC tertiũ sanctificationis articulũ. P. CREDO in spiritum sanctum.

Primũ sanctificatiõis caput, octauus fidei articulus.

D. Quæ huius uerbi est sententia? P. Cor[illegible] credo, oreq; confiteor, carnem & sanguinem, hoc [illegible] animalem hominem uirtute sua, hoc est, ratione ac libero arbitrio, ut uocant, suo, ad patrem per Christi [illegible], paßionem & mortem peruenire non posse, [illegible] spiritussanctus per externam Euangelij prædica[illegible] internè uocaret, uiuificaret, ac renouaret, suisq; [illegible] illuminaret, sanctificaret, agitaretq;, in ue[illegible]

Spiritussanctus est, qui ui[illegible]

uificat, Iohan. 6. ra & spirituali uita ad finem usq; conseruaret: huius enim opera pater per Christum omnia in omnibus operatur, 1. Corinth. 12. D. Est itaq; spiritus sanctus deus, cum illi fidendum sit? P. Est, atq;

Credo in spiritum sanctum. Spūs dei operatio.

eius rei testimonia quædam adducam, licet supra locos trinitatis aliquot adduxerimus. Exo. 31. Dedit deus legem Mosi scriptam digito dei: digitus dei est operatio eius, quæ fit per spiritum sanctum. Luc. 11. Si ego digito dei &c. Matth. 12. Spiritu dei eiicio dæmonia &c. Exod. 13. Quinquaginta dies ab occisione agni numerantur ad diem, qua lex data est. Exo. 31. Sic ab occiso agno, qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. Ad mißionem spiritusſancti præstantem re-uera quæ legis sunt, Roman. 7. Quinquaginta dies, Actu. 2. In sapientia dei Christo est spiritus intelligentiæ,

Epitheta spūs dei.

sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, clarus, suauis, amans bonum quem impedire nemo potest, humanus, benignus, stabilis, securus, omnium rerum habens uirtutem, Sap. 7 Psalm. 44. Heb. 1. Actu. 10. Esa. 61. Luc. 4. Esa. 42

Cognitionem dei ueram spūs docet. Omnia implet, Hier. 23.

Matth. 12. &c. Sap. 9. Sensum tuum domine quis sciet, nisi tu dederis sapientiam & cognitionem, & miseris spiritum sanctum de altißimis. 1. Corinth. 1 Sap. 12. Sap. 1. Spiritus domini replet orbem terrarum, & hoc quod continet omnia. Psalm. 50. Cor mundum crea in me deus, & spiritū rectum innoua in uisceribus meis: Spiritum sanctum tuum ne aufe-

ras à

à me, Spiritu spontaneo confirma me. Psal. 138.
[illegible] ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si [illegible]endero in coelum, tu illic es &c. Ioan. 14. Para[cle]tus autem ille, qui est spiritussanctus, quem mittet [pat]er in nomine meo, ille uos docebit omnia, & sug[ger]et omnia, quae dixi uobis. 1. Ioan. 3. Vnctionem [hab]etis, & nostis omnia, 1. Thess. 4. Ioan. 15. 16. [Cu]m autem uenerit paracletus, quem ego mittam uo[bis à] patre spiritum ueritatis, qui à patre procedit, il[le te]stimoniũ perhibebit de me, Actu. 5. Luc. 24. Act. 1. Ecce ego mittam promissa patris mei super uos. Math. 10. Spiritus patris uestri est, qui loquitur in uobis, ille docebit uos quid & quomodo loquamini, Luc. 12. Qui peccatum aut conuitium dixerit in [sp]iritumsanctum, non remittetur inaeternum, Math. 12. Luc. 12. Marc. 3. 1. Ioan. 5. Hebrae. 6. 2. Petr. 2.

Oportet impleri quae praedixit spiritussanctus, Act. 2. Psal. 88. A spiritusancto impulsi locuti sunt [san]cti dei homines, 2. Pet. 1. Actu. 3. Matth. 12. Lu. 24. Act. 2. Cum exhibebatur promissum patris, ui[sae] sunt illis dissectae linguae uelut igneae, seditq; super [sin]gulos eorum spiritussanctus, & coeperunt loqui [ua]rijs linguis. Per impositionem manuum dabant [A]postoli spiritumsanctum, Actu. 8. 9. 13. Ioan. 20. Accipite spiritumsanctum &c. Matth. 18. 16. 1. Timoth. 4. Ne neglexeris quòd in te est donũ, quod [dat]um est tibi per prophetiam & impositionem ma-

Spiritus deus.

Cōsolator. Actu. 9.

Spiritus ueritatis, Io. 17. 16

Spiritus patris.

Peccatum contra spiritumsanctũ, est irremißibile.

Spũss. author scripturae.

Euangelium de coelo emissum p spiritums.

Signo externo linguarū, impositione manuū, et prædicatione uerbi, datur spiritussan.

nuum presbyterij. 1. Timoth. 5. Ne cui cito manus impones. Act. 10. Adhuc loquente Petro, cecidit spiritussanctus super eos, qui audiebant sermonem, Gal. 3. Ioan. 15. Euangelium nostrum fuit erga uos non per sermonem tantum, uerumetiam per uirtutem & spiritum sanctum, 1. Thess. 1. 2. Act. 11. Cum exorsus essem sermonem, illapsus est spiritussanctus in illos. Ephes. 1. Audito uerbo ueritatis, euangelio salutis uestræ, obsignati estis spiritu promissionis sancto, Rom 10. Ephes. 4. Act. 19. His auditis baptizati sunt, & cum imposuisset illis manus, uenit spiritussanctus super eos. 1. Corinth. 12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritussancti ad id, quod expedit. Huic per spiritum datur sermo sapientiæ, alij uero sermo scientiæ &c. Sed omnia hec efficit unus et idem spiritus diuidens peculiariter unicuiq; sicut uult, Ephe. 4. Iohel 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et ait Pet. Act. 2. Hoc hoc effudit quod uidetis spiritum sanctum, Esa. 12. 44. Ezech. 36. 39 Ioan. 7. 9. Titum 3. Zach. 12. Psalm. 146. Actu. 5. Anania cur impleuit sathanas cor tuum, ut mentireris spiritui sancto: nō es mentitus hominibus, sed deo. Roman. 5. Dilectio dei effusa est in cordibus uestris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Deus charitas est, 1. Ioan. 4. Ioan 4. Rom. 6. Ne accommodetis membra uestra arma iniustitiæ peccato, sed accōmodetis uosmetipsos DEO. Rom. 8. Per totum spiritum

Spūss. donis uarijs suis exornat ecclesiam.

Effusio spiritussā. in credentes.

Spūss. est deus. Ioā. 4.

Spiritus dei habitat in nobis: qui spiritū Christi non habet, hic non est eius. Gal. 4. Ephes. 1. 5. 1. Thess. 4. Non uocauit nos deus immunditiæ caussa, sed ad sanctificationem, 1. Corinth. 6. An nescitis q. corpora uestra sint templū eius, qui habitat in uobis spiritus sancti, quem habetis à deo, glorificate DEVM in corpore uestro. 2. Cor. 6. Vos templum dei estis uiuentis, quemadmodum dixit deus, Inhabitabo in illis, & inambulabo, Leuit. 20. Psalm. 10. 1. Cor. 3. 1. Cor. 14. Procidens in faciem adorabit DEVM annuncians q. deus reuera sit in uobis. Philip. Nos sumus circumcisio οἱ πνεύματι θεῷ λατρεύοντες, latria dei cultus ipsißimus, Rom. 1. quo deo creatori seruitur, & Matth. 4. Christo deo: Dulia uero charitatis seruitus erga fratres, Διὰ τῆς ἀγάπης, inquit Paul. δουλεύετε ἀλλήλοις, Gal. 5. Viri spiritus dei pleni legūtur in scripturis, Ioseph Gen. 41. Beseleel Exod. 31. Moses & septuaginta Num. 11. Iosue 3. Gedeon Iudic. 6. Iephte Iud. 11. Sampson Iudic. 14. Ezech. 11. David 1. Reg. 10. 2. Para. 26. Heb. 11. per totum, Noë, Abraham &c. Apostoli omnes, Act. 24. Stephanus 6. 7. Barnabas 11. Paulus 3. 17. 18. Apollos 18. &c.

Spūs dei. Spiritus Christi. Spūs s. deus inhabitans, nos et sanctificās 1. Cor. 6. sanctificati p spiritū.

D. QVOD secundum sanctificationis membrum? P. CREDO unam ecclesiam sanctam catholicam, sanctorum communionem.

Nonus articulus fidei.

D. Quæ est huius uerbi sententia? P.
Ephes. 1. Credo & confiteor, q̃ pater creator, filius redem-
ptor, spiritussanctus sanctificator et iustificator, uerus
Exod. 16 deus, sibi ab initio antequam iacerentur fundamenta
1. Pet. 2. mundi delegerit populum peculiarem, quem suo uer
Psal. 147 bo & ceremonijs ornarit, et à cæteris populis discre
Nonfœcit uerit ac sanctificarit, uerum quia se indignos fœce-
taliter omĩ rint tãtis beneficijs ac uita æterna, cœcitas ex parte
nationi. Israëli contigit, reliquias patrum huius populi ad-
Deut. 4. sumpsit conuertendas ad cor filiorum & gentium
Quæ gẽs credentium, ita q̃ ex utrisq; fœcerit unam sanctã ec-
&c. clesiam, in semine Abrahæ benedicendã, fidei et cha-
Rom. 9. ritatis uinculo collectam, colligatam, et coadunatam,
& ex multis membris in unũ corpus, cuius Christus
Philip. 5. caput est compactam, quæ eius sponsa, cuius beneficio
Colloss. 3. sancta & irreprehensibilis est, quottidie magis ac
magis eã uerbo & sacramẽtis in gloriã nominis sui
prouehens, Spiritusq; sanctus suis donis illuminans,
ornans, gubernans ac conseruans: Extra quam non
Ecclesia est uita, salus, aut peccatorũ remissio, sed perpetuum
est arca diluuiũ, et omnis carnis interitus, Gen. 7. 2. Pet. 3.
Noë. D. Quare dicis, unam & catholicam? P.
Gene. 22. Quòd hoc uniuersale constet ex multis particulari-
Cũctæ tri bus ecclesijs ubicunq; terrarũ collectis, quarum om-
bus terræ. nium est unus deus, pater, unus dominus, Iesus Chri-
Psal. 2. ter stus, unus spiritus sanctificationis, una fides, unum
minos terræ baptisma, eadem item cœna: ubi enim uerbum dei
purè

pure docetur, & sacramenta ritè administrantur, illic est ecclesia Christi particularis. D. Quare dicis, sanctam? P. Quia credit uerbo, atq; fidem charitate testatur, quare & pater subinde purgat eam, ut copiosiorem fructum adferat. Ioan. 15. Mundās cum lauacro aquæ per uerbū uitæ. Ephe. 5. Et saluat. 1. Pet. 3. Ioan. 3. Titum 3. D. Sunt ne & impij in coetu & consortio sanctorum? P. Sunt, sed nulla est communio luci cum tenebris, Ita sunt in ecclesia ut ulcera, stercora & sputa, in corpore humano tandem expellenda, non ut membra. Et sicut Christus ait, Sicut paleæ aut zizania inter frumenta, eijciendæ & comburendæ igni, Matth. 13. 3. Apoc. 14. Sinite utraq; crescere usq; ad diem meßis &c.

Psalm. 12 In omnem terrā &c.

2. Cor. 6.

D. Quid uero intelligis per sanctorum communionem? P. Symbolum illud fraternæ charitatis, concordiæ & societatis humanæ, ubi omnia cum prospera tum aduersa sanctis in ecclesia existentibus, sunt communia, ubi alter alterius onus suscipit, Gal. 6. 3. Nemo quæ sua sunt quærit, sed quæ alterius, 1. Cor. 13. Vbi sancti se mutuo iuuant ac consolentur, orantes pro se inuicē: Congaudentes si quid in gloriam Christi ac fratris salutem & commodum contigerit, Flentes cum flentibus etc. Summa, particeps ego sum, ait Dauid, omniū timentium te, & custodientium mandata tua, Psalm. 118. D. Dic ecclesiæ locos aliquot. P. Ose. 2. Desponsabo te mihi in

Sanctos dico, non Anabaptistas, cōmunicatiōem rerū somniantes: cōtra Solmonem dicentē, Esto tu dñs solus horum.

Sponsa Christi ecclesia, Apoca. 21. Esa. 61. Matth. 9. 25. Mar. 2. Luc. 5.

iustitia, iudicio, & misericordia. & in miserationibus, & desponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego dominus. 2. Cor. 11. Despondi uos, inquit Paulus, uni uiro, ut uirginem castam exhiberetis Christo. Ioan. 3 Sponsus est, qui sponsam habet &c. In Canticis per totum, Sponsa mea tu es, tota pulchra amica mea, & macula non est in te. Ephes. 5. Sap. 8. Quaesiui sponsam mihi, & amator factus sum formae illius, doctrix enim est disciplinae dei. Gal. 4. Quae sursum est Hierusalem, libera est, mater omnium nostrum, scriptum

Mons Zion ecclesia Esa. 2. 4. 10. 25. 26. Psal. 42.

est enim, Laetare sterilis quae non paris, quoniam multi liberi desertae magis, quam eius quae habet uirum, Psal. 121. 124. Heb. 12. Vocatur ecclesia multis nominibus in scripturis: Vinea domini, Esai. 3. 5. Hiere. 2. 12. Matth. 22. 20. Luc. 13. 20. Mar. 12. Psalm. 44. Messis, Matth. 9. Luc. 10. Ioan. 4. Iustorum concilium, Psalm. 110. 13. Conciuis sanctorum, Ephe. 2. Ecclesia sanctorum. 1. Cor. 2. Domestici dei, Act. 4. Multitudo credentium, 1. Timoth. 3. Templum ac domus dei uiuentis, columna & basis ueritatis, Psalm. 133. 10. 1. Pet. 2. Gene. 28. &c. Matth. 16. Super firmam petram est aedificata ecclesia, ita ut portae inferorum non praeualebunt aduersus eam. 18. Si quis ecclesiam dei non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Ephes. 1. Deus dedit filium suum caput super omnia ipsi ecclesiae, quae est corpus illius, complementum eius, qui omnia in omnibus adimplet.

plet. Et 3. Deus fecit suo Christo ecclesiam, & 5. per
ipsum. Col. 1. Ipse est caput corporis ecclesiæ, cuius
ego factus sum minister iuxta dispensationem dei etc.

D. QVOD est tertiũ sanctificationis mem-
brum. P. REMISSIO peccatorum.

Tertiũ sanctificatiõis membrũ, & 10. articulus fidei.

D. Quomodo consequimur remißionem pec-
catorum? P. Omnes quotquot sunt, ut dixi-
mus, in hac arca Noë, hoc est, ecclesia, & sanctorum
consortio & communione, sanctificantur per spiri-
tum dei, hoc est, remißionem omnium peccatorũ con
sequuntur per fidem in Christum, nullis eorum uiri-
bus, operibus & meritis, quantumuis sanctis & spe-
ciosis. Christus enim claues, hoc est, eam potestatem
absoluendi ac dimittendi peccata omnia ecclesiæ suæ
reliquit, quæ prædicat nobis eam contingere uerbo
fidei, atq; ea est uera iustitia coram deo, ut Paulus in
Romanis per totũ disputat. Iustus ac beatus est enim
is, cui dominus non imputat peccatum, Psalm. 31.
Huius iustitiæ fidei, hoc est, remißionis peccatorum,
ut certi simus, atq; certo nobis offertur, signaculis iusti-
tiæ fidei certis, hoc est, baptismate & cœna. Fructus
enim paßionis ac meriti Christi, illic nobis distribui-
tur, conscientia certificatur, confirmatur, ac pacatur.

Fides est iustitia nostra.

D. Dic aliquot remißionis peccatorum locos.
P. Math. 16. 18. Tu es Petrus &c. dabo tibi cla-

Absolutio clauium in ecclesia. ues regni coelorum, & quicquid solueris super terram, erit solutum in coelis, & quicquid alligaueris in terra, erit alligatũ in coelis. Tunc accessit Petrus ad Iesum, & dit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei? num usq; septies? Dicit illi Iesus, Non dico tibi usq; septies, sed usq; septuagies septies, Lu. 6. Remittite & remittetur uobis. Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: quorumcunq; retinueritis, retenta sunt. Ezech. 18. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, & foecerit iuditium & iustitiam, uita uiuet, et non morietur: omnium iniquitatũ eius non recordabor, Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, & uiuat. Hierem. 18. 2. Para. 7. 30. Ezech. 33. Esa. 25. Math. 3. 9. Non opus est medico ijs, qui benè habent, sed qui malè habent, Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam, Luc. 8. Mar. 2. Luc. 3. 15.

Psal. 129. Apud te ẽ ppiciatio. Exod. 33. Miserebor cui uoluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Et 34. Dominator dominus deus misericors & clemens, patiens & multae miserationis, qui auffers scelera ac peccata. Esa. 43. 45. 30. Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor amplius, Hiere 31. Luc. 24. Actu. 4. 10. Oportet praedicare sub nomine eius poenitentiam & remißionem peccatorum. Psalm. 31. Pro hac orabit ad te omnis

sanctus

...ctus in tempore oportuno, dimitte nobis debita
...stra, Matth. 6. 1. Ioan. 2. Scribo uobis filioli, q, re-
mittentur uobis peccata propter nomē eius, Ipse pro-
piciatio, Rom. 3. Ephes. 1. Heb. 5. 6. 7. Act. 2. 5. 10.
Peccata sunt remissa paralitico, Matth. 9. Luc. 5. Pec
catori, Luc. 18. Peccatrici, Luc. 7. 17. Petro, Matth.
26. Paulo 1. Timot. 1. Matthaeo, Matth. 9. Latro-
ni, Lucae 23. Languenti, Ioan. 5. Adulterae, Ioan. 8.
Dauidi, 2. Reg 12. 24. Ezechiae, 4. Reg. 20. Ma-
nasse, 2. Par. 26. Niniuitis, Ion. 5. &c. ideoq; nemo
desperet: Misericordia domini superat iuditium.

Psal. 51. Miserere mei deus per totū.

Exempla.

D. QVOD est quartum sanctificationis membrum? P. RESVRrectio carnis nostrae in die iuditij.

Quartum sanctificationis mēbrum, undecimus fidei articulus.

D. Quis huius uerbi intellectus? P. Is corde credo, & ore fateor, Deum omnia cum uisibilia tum inuisibilia creasse, filium redemisse, ac lapsum humani generis reparasse, omnia quae in coelo & in terra pacificasse, spiritum sanctum uero sanctificasse, ita tamen, ut ea tandem sanctificatio hic incepta, tum demum compleatur, cum corpus hoc nostrum mortale, corruptibile ac infirmū in puluerem redigatur, uarijsq; modis ac generibus mortis corrūpitur, ac plane consumitur, resurgatq; omnipotentia dei ac uirtute in extremo die immortale, incorruptibile, clarum, potens, agile, subtile seu spirituale, ut

1. Co. 15 Paulus ait, & uitam aeternam cum Christo ac electis
possideat, Amen. D. Dic scripturas de seculi
consummatione, & resurrectione nouissima carnis
& corporum nostrorum. P. Ioan. 5. Veniet
hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient
uocem eius, & prodibunt, qui bona fecerunt in re-
surrectionem uitae: qui uero male egerunt, in resur-
rectionem condemnationis, Matth. 25. 1. Cor. 15.
1. Thess. 4. Ecce mysterium dico, non omnes quidem
dormiemus, omnes enim immutabimur in puncto tem-
poris, in momento oculi, per extremam tubam, canet
enim & mortui resurgent, et nos immutabimur &c.
Si Christus resurrexit, & nos resurgemus. 2. Cor. 4.

Fructus resurrectionis Christi, nostra resurrectio & excitatio.

Deus suscitauit dominum Iesum, & nos quoque per eun-
dem suscitabit. 1. Thess. 1. Rom. 6. 8. 1. Cor. 6. Phi.
3. 1. & 2. Thess. 4. Colloss. 3. Ioan. 11. dixit Iesus
Marthae, Resurget frater tuus. Dicit ei Martha, Scio
q. resurget in resurrectione, in nouissimo die. Dicit
ei Iesus, Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me,
etiam si mortuus fuerit, uiuet. Iob. 19. Scio q. redem-
ptor meus uiuit, et in nouissimo die de terra surre-
cturus sum, & rursus circumdabor pelle mea, & in
carne mea uidebo deum, quem uisurus sum ego ipse,
& oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Ezech.
Esai. 66. 37. Ecce ego aperiam tumulos uestros, et educam uos
de sepulchris uestris, & uiuetis, 4. Esd. 2. Eccle. 46.
Esa. 26. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent.

Experg

expergiscimini & lætamini, qui habitatis in puluere. 25. & 5. 35. Sap. 3. Luc. 10. Qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neq; ducunt uxores, neq; nuptum dant, neq; enim ultra mori possunt, æquales enim angelis sunt, & filij dei, cum sint filij resurrectionis. Quòd uero mortui resurgãt, & Moses ostendit iuxta rubum, cum uidit deum Abraham, deum Isaac, & deum Iacob: Deus autem non est mortuorum, sed uiuorum: omnes enim illi uiuũt. Math. 22. Marc. 12. Actu. 4. Ioan. 6. Qui credit in filium, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouißimo die. Daniel. 12. Et multi de his qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt alij in uitam æternam, alij in opprobrium. Psalm. 33. Mors peccatorum pessima. E contra, Psalm. 115. Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius: malis malè, bonis benè erit post hanc uitam. Exemplum de diuite & Lazaro, Luc. 18. Psalm. 48. Sap. 5. Iusti, & qui ad iustitiam erudiêre multos, fulgebunt ut sol in regno patris mei in perpetuas æternitates, Dani. 12. Math. 13. 1. Corin. 15. Sap. 3. Heb. 6. Fundamentum Christianæ fidei & uitæ est, resurrectio mortuorum & iuditium æternum. Circa ueritatem aberrant, qui dicunt resurrectionem iam factam, 2. Tim. 2. Et econtra, Hij qui hæsitant de ea, dicentes, Vbi est pollicitatio aduentus eius, 2. Pet. 2. Actuum 17. 28. Paulus ab Atheniensibus irrisus, cũ prædicasset artic-

Resurrectionē Saducei ac Epicurei apertè negant, Act. 23.

eulum resurrectionis mortuorũ. Sic 24. Coram Fœlice præside de spe & resurrectione mortuorum iudicatur. Rom. 14. Omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut reportet unusquisque quæ fœcit per corpus iuxta id quod fœcit, siue bonũ, siue malum, 2. Corinth. 5. Eccles. 12. Vnusquisque portabit onus suũ, Gal. 6. Redditurus rationem dispensationis suæ, Luc. 16. Matth. 18. De uerbo ocioso etc. Matth. 12. Ioan. 5. Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat: sic & filius quos uult uiuificat. Math. 28. Monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorũ qui dormierunt, surrexerunt, & egreßi è monumentis post resurrectionem, & uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Sic excitauit Lazarum, Ioan. 11. Sic Iairi filiam, Matth. 9. Luc. 8. Marc. 5. Sic filium uiduæ, Luc. 7. Sic Paulus Eutychum, Actu. 20. Philip. 3. Christus transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme reddat corpori suo glorioso &c. Actu. 26. Cur incredibile iudicatur apud uos, Si deus mortuos suscitat, numquid quicquam deo difficile est? Gen. 19. Luc. 1. Credo deum omnipotentem, Gene. 17. Actu. 24. Spem habeo resurrectionis mortuorum, iustorum simul & iniustorum, Luc. 20. Apoc. 20.

Honos sepulturæ ꝑpter resurrectionem.

Spe resurrectionis Abraham honorifice sepelit uxorem suam Saram in Hebron, Gen̄ 23. In eodem loco Isaac & Ismaël filij parentē Abrahamũ, Gen̄. 26. Sic Isaac, Gen̄. 35. Sic Iacob, ac Rahel. &c.

D. DIC

D. DIC postremum sanctificationis mem- Quintum
brum. P. ET POST hanc uitam, uitam æ- sanctifica-
ternam. tionis mē-

D. Expone ac edissere præceptor, quid hoc uer- brum, & 12. fidei articulus.
bi sit, quis sensus? P. Credo corde, & ore con-
fiteor, quod spiritussanctus absolutè, tandem & perfectè
hic inceptam in credentibus sanctificationem, post 2. Cor. 5.
hoc tabernaculi solutionem, post hoc exilium, & à 2. Petr. 1.
domino peregrinationem, tunc consummaturus sit, Hebr. 13.
quando cum patre & filio, in die illo quo reuelabitur Hier. 35.
dominus Iesus de cœlis, unicuiq; redditurus sit secun
dum id, quod gessit per corpus, sanctificatis scilicet
per fidem perpetuam, incontaminabilem, ac immor-
talem beatitudinē, uitam, taleq; in cœlesti patria gau- 1. Petr. 1.
dium, quale oculus non uidit, nec auris audiuit: è cōtra Ioan. 16.
impijs ac damnatis post hanc mortem, mortem secun Gaudiū ne
dam, ignem inextinguibilem, uermem non morien- mo tollet
tem æternaliter. Ita ut quemadmodum pij in fide e- à uobis.
ternam uiui in spe, iamiam habēt uitam æternam,
ideo & patienter hic ferunt omnes adflictiones, ex- Titum 1.
pectantes pondus gloriæ dei, Rom. 8. Et coronam
quam reposuit illis deus, 2. Timoth. 4. Ita & impij Ioan. 12.
hic sordescere incipiunt, & magis magisq; sordescūt Qui odit
usq; in perpetuum, Sap. 17. D. Dic uitæ æter animā suā
næ ac mortis impiorum locos. P. Daniel 12. in uitā æ-
Euigilabunt alij in uitam æternam, alij in oppro- ternā cu-
brium sempiternum. Matt. 25. Iusti ibunt in uitam stodit eam.

æternam: Impij uero in ignem æternum, Esa. 35. Ioan. 3. Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eo, Rom. 2. Redditurus est deus perseuerantibus in benefaciendo gloriam & honorem, immortalitatem & uitam æternam. Ventura uero est ira super inobsequentes, indignatio, afflictio & anxietas. 1. Timoth. 6. Præcipe diuitibus, ut apprehendant uitam æternam. 1. Petr. 5. Presbyteri pascite gregem Christi, ut cum adparuerit pastorum princeps, reportabitis immarcessibilem gloriæ coronam. Ioan. 17. Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum deum, & quem misisti Iesum Christū, 1. Ioan. 5. Christus deus, & uita æterna ipse, et uerba uitæ æternæ habet, Ioan. 6. 2. Pet. 1. Ioan. 14. In domo patris mei multæ mansiones sunt, uado uobis paraturus locum. Marc. 9. Matth. 18. Bonum est tibi mutilū ingredi in uitam æternam, quam potius duas manus habentem abire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi uermis nō moritur, nec ignis extinguitur. 2. Thes. 4. Qui Euangelio non obediunt, luent pœnam, interitum æternum. Qui patrant iniquitatem, mittent angeli illos in caminum ignis, ibi erit ploratus & stridor dentium, Matth. 8. 22. 24. 25. Luc. 13. Iob. 10. Illic sempiternus horror &c. Matth. 19. Quid boni faciam, ut habeam uitam æternam? Respondit Iesus, Qui reliquerit omnia

Vita erit æterna, sēper enim cū domino erimus, 1. Thes. 4. Luce. 1. Regni eius nō erit finis.

Aeterna sunt utraq; Augustin. serm. 109 de tempo.

propter me, centuplum accipiet, & uitæ æternæ ... hereditatem, Luc. 10. Ioan. 10. Quibus meis ... do uitam æternam, nec rapiet eas quisquã de ma... meis. Gal. 6. Qui seminat per spiritum, de spi... metet uitam æternam. Titum 3. Iustificati gra... Christi heredes efficimur iuxta spem uitæ æternæ. 1. Ioan. 3. Hæc est promissio quam ipse pollicitus est ... uita æterna. Et 5. Hoc est testimonium q. ui... æternam dedit nobis deus, & hæc uita in filio ... est, Ioan. 1. Hanc uitam tribuat nobis etiam per ... suum dilectum, Amen, fiat.

DE ORATIONE.

D. QVAE EST TERTIA CAtechismi pars? P. Oratio. D. Quid est Oratio? P. Oratio non solum ea demũ est, quæ oris ratione fit, ut ἔτυμον habet, sed ardens animi motum ac desiderium, quo aliquid à deo patre credentes per Christum petimus, totiq; facti compotes gratias agimus pro auxilio exhibito. D. Cur hanc catechismi partem tertio locas ordine? P. Vt omnia ordine, ut dixi, cum doceantur, tum discantur. Primo enim ea cognitio requiritur, quid à nobis exigit deus, quid faciendum, omittendumúe sit, quæ ... sint bona opera &c. Tum nostra imbecillitas consideranda, quæ aduersus Deum & proximum

Tertia catechismi pars, Oratio.

Sic Hana corde, non motis labijs 1. Re. 1. orat.

Decalogus.

grauiter nonnunq̃ deliquimus, fide pro auxilio de remißione peccatorũ ad deum patrem, omniũ rerũ creatorem et datorem clamemus, ut per filium credentes à legis maledictione uindicet, redimat ac liberet, & per spiritum sanctũ sanctificet & iustificet. Et quia sathan uere sathan, hoc est, aduersarius est, quaerens quem ceu Heuam à simplici fide uerbi & iusta praeceptorũ dei obseruantia per suam uersutiam abstrahat, corrumpat ac deuoret tandem, necessario subijciendi erat tertia pars; oratio, qua pijs mentibus imploramus diuinum auxilium, ut liberat nos ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, nobis ipse adsit praesens, gubernet, custodiat, & iuxta promissum exaudiat.

Fides.

Oratio.

D. Quot habet oratio species? P. Duas, Inuocationem, & gratiarum actionem. D. Quid est inuocatio? P. Est cum cruce à deo nobis imposita premimur anxij, ad percutientem castigantemq́; patrem ceu filij pro liberatione & auxilio clamantes recurrimus, ipse enim ait, Inuoca me in die tribulationis tuae, ego exaudiam te, eripiam te, & glorificabo te, Psal. 50. Rom. 10. Diues in omnes inuocantes se: quisquis enim inuocauerit nomen domini, saluus erit &c. D. Quid est gratiarum actio? P. Nihil aliud q̃ diuini muneris & auxilij exhibiti cognitio, qua certi scimus nos adiutos & exauditos, Philip. 4. Cum omni gratiarum actione petitiones uestrae innotescant apud deum &c.

Inuocatio orationis prima species.

Esai. 9.

Prouer. 3

Gratiarũ actio.

D. Oratio

D. Oratio quot habet partes? P. Quinq; præcipuas. D. Quas? P. Primus orationis locus est Dei præceptum, quo urgemur et impellimur ad orandũ: tum promißio, qua inuitamur, et allicimur. Atq; hij qui minus aut frigidè orant, meminerit se coram deo non insontes futuros: usurpant enim nomen dei frustra, frustraq; me colunt lapides, ait, Esa. 29. Matth. 15. Huic præcepto ac promissioni innitendum ac parendum est. Oraturiq; ne cum pharisæo propriam iustitiam allegantes, Sed cor contritum & humiliatũ adferentes, neq; in meritum aut demeritum respicientes, quo aut nos ipsos iactaremus iustitiarij, aut desperaremus: futurum enim, ut incerti in oratione semper dubitaremus, & similes essemus fluctui maris, qui uentis agitur, & impetu rapitur, Iacob. 1. D. Dic præcepti & promissionis locos aliquot. Matth. 7. Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis: Quisquis enim petit, accipit: & quicunq; quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Luc. 18. Oportet semper orare, & orationem illic cum improbitate sedulus urgere, donec exaudiat. Rom. 12. Col. 4. Iubet Apostolus ut orationi instemus. 1. Thes. 5. Semper gaudete, incessanter orate, in omnibis gratias agite. 1. Tim. 2. Adhortor ut fiant deprecationes etc.

Præcepto urgemur. pmißione iuitamur ad orandum.

Lucæ 8. Psal. 51.

Præceptũ in promissione.

D. Quæ est secunda orationis pars? P. Præcepti & promißionis fides, quæ hic exigitur. Nã

Fides.

qui in peccatū hesitationis inciderit, ut diximus, nihil efficit, nihil impetrat, & grauius peccat, quoniam deum mendacem ac infidelem statuit, cum seipsum negare non poßit, præstet quod pollicetur, Ezech. 11. 1. Timoth. 5. D. Dic locos fidei ad orationem pertinentes. P. Marc. 11. Quæcunq; orantes petitis, credite quòd accipietis, & erunt uobis. Et 9. Omnia poßibilia sunt credenti. Math. 12. Amen dico uobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, si dixeritis monti huic tollaris, & mittaris in mare, fiet: Omnia quæcunq; petieritis in deprecatione credentes, accipietis. Luc. 11. Si uos cum sitis mali, nostis bona dona dare filijs uestris, quanto magis pater uester cœlestis dabit spiritum sanctum poscentibus se. Math. 18. Si duo consenserint super terram de omni re quæcunq; petierint, fiet illis.

Sic Iosue orōne fidei aliquādiu solem retinuit, Ios. 7 & Ezech. 16. annos impetrat, Esai. 37.

D. Quæ est tertia precationis pars? P. Vt in nomine solius Christi oremus: Non est enim alius interceßor, aduocatus, aut pontifex, per quem pater placetur, & orantes exaudiet, ut ipse ait, Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Valeant itaq; orationes reliquæ omnes, quæ peregrinis & alienis nominibus circumferuntur, quantumuis in speciem piæ ac deuotæ. In Christo inquam, sunt omnes promißiones etiam atq; etiam, Amen. 2. Cor. 1. Rectè addit ecclesia in oratione semper, Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum

Nomen Christi.

Ioan. 17. &

qui

...um uiuit & regnat in sæcula, Amen.

D. Dic aliquot locos. P. Actu.4. Non ... aliud nomen sub coelo datũ inter homines, in quo ...riteat saluos fieri. Ioan.14. Nemo uenit ad patrẽ ... per me. Ephes.2. Per Christum habemus aditum ... patrem, Ioan.6. Philip.2. In nomine Iesu flectit ... genu coelestium, terrestrium, et infernorum.

D. Quæ est quarta pars? P. Spes, quæ ... confundit, sed per patientiam dei expectat auxi... deo fidit, qui præcipit ac promisit, neq; illi inte... modum, locum, tempus, aut terminum præscribit ... pater est, nouit anteq̃ petamus, quid, quo... & quando, opus habeamus. D. Cur dif... aut differt aliquando auxilium suum de coe... P. Vt exploret ac exerceat orationis fidem, ...admodum in muliere Cananea, Matth.15. ui... & in Abrahamo fideli, qui contra spem in ... credidit, Roman.4. Heb.11. Et in Centurione ... Matth.8. Iudith reprehendit ciues Bethuliæ acer... qui deo tempus auxilij statuebant. Posuistis, in... nos tempus miserationis domini, & in arbitriũ ... diem cõstituistis ei, non est iste sermo, qui mi... ...cordiam prouocet, sed iram potius. Dauid 2. ...g.15. ait, Si inuenero gratiam in oculis domini, ... reducet me. Leprosus Matth.8. orat, Domine ... potes me mundare. In eundem modum et ipse ...ristus, Pater si uis, si possibile est, ut transeat a me

Spes.

Math.6.

Cur differat auxilium.

Dei consilio ac uoluntati omnia relegenda

calix iste, uerum non mea, sed tua fiat uoluntas &c.

D. Quæ est quinta & ultima orationis pars?

Auxilium dei fide ac spe expectandum.

P. Res ac neceßitas ipsa, cogens quodammodo, urgens & impellens nos ad orandum. Ea est multifaria, sed primo omnium quærendum est orationeregnum dei, orandum pro profectu Euangelij, pro gloria dei ac Christi, pro nostra sanctificatione, pro magistratibus, uictu & amictu, pro pace publica, pro amicis & inimicis, summa pro aris, ut aiunt, & focis, ut benignus & misericors pater arceat ac auertat omne malum à filijs suis, per dilectum filium suum Iesum Christum, Amen.

Res & necesßitas.

Et quia tam uariè cum animi tum corporis paßiones, perturbationes & afflictiones sunt, & nos ipsi nõ nouimus quid & quomodo oporteat orare. Rom. 8. Christus omnes cum uno fasce septem petitionibus complexus est.

D. Numerato nc sicut decalogum & symbolum precationes recensebis ordine?

P. Recensebo, Orationem enim dominicã ea ratione partiamur ex Augustino, quo, ut dixi, præcepta dei, & symbolum. In tribus primis petitionibus, poscãtur æterna, quæ hic initium habent, consummantur uero in uita æterna. In reliquis quatuor, quæ ad præsentis uitæ neceßitatẽ attinent, quæ tantum propter æterna consequenda sunt necessaria, August. in Enchiridio cap. 115.

D. Recense orationem dominicam.

P. Christus quodam in loco orabat, cumq; cessasset, dixit quidam

...ex discipulis eius ad eum, Domine doce nos orare, sicut & Ioannes docuit discipulos suos, & dixit, Ad hunc modum orate uos, Matth. 6. Luc. 11.

Canticum Zachariæ patris sui, Lucæ 1.

PATER noster, qui es in cœlis. Præfatio.

Septem petitiones.

1 Sanctificetur nomen tuum.
2 Adueniat regnum tuum.
3 Fiat uoluntas tua quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra.
4 Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
5 Et remitte nobis debita nostra, sicut et remittimus debitoribus nostris.
6 Et ne nos inducas in tentationem.
7 Sed libera nos à malo.

Conclusio.

Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria, in sæcula sæculorum, Amen.

D. Quid uoluit Christus hac præfatione significare? P. Hoc idem, quod olim Iudæis in decalogo præfatus est, Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti &c. Testatur enim deus utrobiq; se suis adesse præsens, eos iuuare, atq; in gratiam recipere. Placatus uero iam morte filij, credentes accipiunt spiritum adoptionis, per quem clamant

Pater noster, qui es in &c.

Rom. 8. orantes, Abba pater. Patris uoce nos suos filios ad fidem exuscitat, ad amorem & ad obedientiam, ut in omnibus periculis ad illum solum oraturi, tanquam ad sacram (quod aiunt) ancoram confugiamus, & ob amorem sui omnia patienter tolleremus, & si res poscat terrenum patrem, amicos, opes &c. relinquamus. Itaq; patrem dicendo, ut ait Chrysost. ueniam peccatorum, & poenarum interitum, iustificationem & sanctificationem, liberationem & filiorum adoptionem, hereditatem dei, & fraternitatem, cum unigenito copulatam, & spiritussancti dona largissima, uno sermone signauit, in 6 cap. Matth.

Patris uox fidem & amorē exuscitat.

Pater.

D. Quid est q; dicit, noster? P. Vt agnoscamus nos omnes sub uno patre coelesti filios, fratres & sorores fide esse, admoneamurq; precaturi, ut alter pro altero roget & orat, charitatis officio, ut & tollamus si quid odij, simultatis aut discordiarum intercesserit, ut non solum ex animo unanimiter pater, sed pater noster dicere queamus.

Pater noster fratrū cōiunctio.

Charitas.

D. Quid est quod dicit, Qui es in coelis. P. Vt id quod pater uelit filijs praestare orantibus, cum coelestis sit, ac deus, poßit. Non terrenus pater est, obnoxius ipse multis miserijs, qui nec sibi nec filijs aliquando subuenire poßit: sed coelestis, ut dixi, qui suos filios hic in terra, in exilio ac lachrymarū ualle degentes, interim alit, gubernāt, ac deniq; in patriā uocet, ac trāsferat.

Esa. 66. Coelum sedes mea.

D. Quae est prima petitio? P. Sanctifi-

[..]ur nomen tuum. D. Quomodo intelligis?

Prorsus Hebraica oratio est, & à cõmuni sen[..] sermonis aliquantulum remota & aliena: proin[..] [..]lo obscurior. Sed sensus est is, qui in decalogo pr[æ]-[..]pitur, ne nomen dei blasphemetur, aut aliâs uane u-[..]spetur, quod duplici ratione fit, doctrina & uita. Nomen.

D. Quomodo nomen dei doctrina polluitur? Doctrina

Quando sub prætextu nominis diuini humana [..] hæresis pro cõtione docetur, ac populo inculcatur, [..]ibus deus frustra colitur, & populus dementatur, [..] seducitur. Item quando & alius nominis dei abu-[..]s accedit, mentiendo, incantando &c. de quibus su-[..]a in secundo præcepto. D. Quomodo pro-[..]atur uita? P. Primo, quando nobis pulchrè [..]emur iustitiarij, orantes (ut diximus) cum pha-[..]æo, Dñe, non sum sicut cæteri &c. Atq; in nostrã [..]stitiam, sapientiam & potentiã &c. confidimus, & [..]bis, nõ domino, gloriam transcribentes, superstiti[..] superbimus, φιλαυτία καὶ κενοδοξία labo-[..]us &c. Deinde quando & sub dei & Christi ti-[..]us &c. Vita.

Tu rectè uiuis, si curas esse q[uo]d audis.

[..]lo, auari, ebriosi, adulteri, imò plane impij simus, & [..]stri gratia nomen dei sacrosanctum, Ezech. 36. in-[..]ibus polluitur, q.d. nomen meum propter uitam [..]estram, turpissimam malè audit, ego uindicabo glo-[..]am meã, iustificabo uos, ut uocemini populus meus, & pie uiuatis, sicut & aliâs dicit, Sancti estote, nam & ego sanctus sum, Leuit. 19. 1. Pet. 1

Esai. 52. Impiè agẽdo blaspe-[..]matur no-

men meũ toto die. D. Quomodo uero nomen dei sanctificetur? P. Cum uerbo, doctrina, ac fide: deinde uita, operibus ac factis testemur, nos esse filios dei, sanctificatos per fidem in Christum, & in gratiam receptos. In omnibus preterea tribulationibus & angustijs nostris nomen dei, hoc est, misericordiam, bonitatem καὶ φιλανθρωπίαν &c. imploremus, inuocemus, prædicemus, laudibus uehamus, in prosperis & aduersis gratias agamus.

Sanctificetur deus, cum recte docetur, et pie uiuitur.

Sanctificatur & cum nostris exemplis, quàm multos ad dei præconium extimulemus, inuitemus ac prouocemus, iuxta illud, Luceat lux uestra &c. Coll. 1. Ephes. 2. Lucete tanquã lumina in mundo. Precamur itaq; cœlestis pater, ut in filijs tuis uerbo uitæ genitis ac renatis, nomen tuum sanctificetur, glorificetur, ac manifestetur, ut credentes iustificati gratia te porrò prædicent, celebrent inuocent, da quæsumus, ut nihil acturi simus per omnem uitam nostram, quin id in tuum solius honorem & gloriam cedet. Auerte & euerte impiam doctrinam, operum fiduciam, hypocrisim, & omnem uitæ nostræ malitiam aufer à nobis &c.

2. Regnum.

D. QVAE ETS secunda petitio? P. ADVENIAT regnum tuum. D. Quid est regnum patris? P. Nihil aliud quàm uerbum eius de filio misso, per quem sibi mundũ reconciliauit, hoc est, ut Paulus ait, iustitia fidei, qua ex regno sathanæ, peccati & mortis transferimur in regnum

Effectus Euangelij.

Christi, in quo pacem conscientiae, & gaudium spiritu sancto, peccatorum remißionem, & uitam consequimur. D. Quis dux aut rex regno? P. Christus à deo constitutus rex super montem Zion, ut Psalmus 2. habet. Et supra diximus Christum regem unctum Mosiah, qui gu sit iuxta promissum populum dei, & re futurus in aeuum. D. Quod est huius regis offi ? P. Ut credentes gubernet, ut dixi, liberet, ac tueatur. D. Quos ergo credentes ha hostes? P. Multos: praecipuè uero tres, sa circumeuntem, obuersantem & obambulan quaerentem quem mactet, occidat, ac deuoret, cui & spiritualibus armis est resistendum, 1. Pet. 5. 6, Iob. 41. Secundus est ipse mundus mali 1. Ioan. 2. 5. Auocans nos suis illecebris, leno ac blanditijs à regno Christi, cuius mundi ipse bolus princeps est, Ioan. 12. Tertius, nostra ca hostis domesticus, qui ad omnis generis uitia, flagi & uoluptates nos accendit, & sollicitat. Atque hij miris artibus, uersutijs ac insidijs nos inuadunt, impetunt, ac adoriuntur. Christus uero rex & dux illa militia spiritus aduersus carnem & sathanam nos, confirmat, ac spiritu suo confortat, ne tur succumbamus, labamur, hostiq; nos dedamus. Verū potius superiores simus, ac per eum uincamus & triumphemus, sicut ait, Gaudete, quia uici mun

Rex regni

Primus hostis sathan est.

Secundus Mundus.

Tertius Caro.

Matth. 7. Luc. 11. Dabit bonū spiritū poscētibus

dum, & sathan eiectus est foras, Ioan. 12. Itaque uidemus cuiusmodi regnũ hoc sit, nempe prorsus spiritual̃e aduersus spirituales nequitias in cœlestibus, neq; de hoc mundo est regnum hoc, Ioan. 18. Neque cum illa externa quadam ceremonia aut regali obseruatione aut pompa uenit, Luc. 17. Ro. 10. Zach. 9. Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19. Ioan. 12. Ecce rex tuus uenit tibi pauper &c. Neq; est eiusmodi quale Iudæi & Apostoli, tum rerum imperiti, somniabant, ubi unus à dextris, alter à sinistris sedet, Matth. 20. Act. 1. Tale uero quod latro petit aduenire iamiam moriturus, cum ait, Memento meî domine cum ueneris in regnum tuum, Matth. 26. D. Quid ergo in summa precamur? P. Vt ab ortu solis usq; ad occasum nomen dei sanctificetur, prædicetur, ac magnificat, ut Euangelium suum cum fiducia prædicandum, donet uirtute multa, ut Psalmus habet, fidem tribuat, fidei opera ac fructus dignos in nobis operetur, regnum sathanæ destruat, et unà cũ præsidio suo, mundo scz & carne nostra aufferat, ut abolito planè peccati & mortis corpore sabbatismũ domino acturi simus, illiq; imperium, dominium ac perpetuum regnum in nobis fore permittamus.

Eo modo & Anabaptistæ detorquent scripturas ad eorum perniciem 2. Petr. 3.

Petimus facultatem præstandi legẽ tertij præcepti.

D. QVAE est tertia petitio? P. FIAT uoluntas tua quemamodum in cœlo sic etiam in terra. D. Quid summatim precamur in hac precatione. P. Precamur ut cum propria & nostra

uoluntas, omnesq; nostræ uires naturales, sen- Esai. 55.
sus & cogitatio, arbor cum fructibus mala atq; Cogitatio
aduersæ sint uoluntati diuinæ, sanctæ, et perfectæ, nes ac uiæ
donare dignetur pater per Christum eam facultatem, meæ à uijs
ut uerè et secundum interiorem hominem eius uo- & cogita
luntati optimæ nobis in decalogo præscriptæ, ob- tiõibus ue
temperare poßimus, ut doceat nos spiritu suo in re- stris sunt
cto suo facere uoluntatem suam, ac fortiter perferre exaltatæ,
crucem suam, morbos, inopiam, ignominiam, reli- sicut cœlũ
quasq; cruces, & in his grato animo paternam disci à terra.
plinam suscipere & agnoscere. Item ut & reliquas omnes uitæ nostræ functiones, actiones, & uocationes gubernet, ut faciamus quæ conueniant, ne nomen eius propter nos malè audiat, ut tales in suo regno esse poßimus in terris gratia sua, quales cœlestes sint spiritus, facientes uerbum eius, laudantes deum, canentes & dicentes, Gloria in excelsis deo. Psal. 102. Lucæ 4.
Benedicite domino omnes angeli eius, omnes cœlorũ
uirtutes, ministri eius q̃ facitis uoluntatẽ eius in cœ- In cœlo sol
lis &c. D. Cur non profers, uti solitus eras, luna, stellæ
exempla, quibus rem clariorem & illustriorem red- angeli, aër
dares? P. Breuitati studebo, res aliàs nota, q̃ ignis &c.
sæpè multi periere, qui uoluntati diuinæ reluctati faciũt uer-
sunt. Testis est Pharao, Chore, Dathan, Abiron, Saul, bum eius.
Herodes &c. Psal. 102.

D. QVAE est quarta petitio? P. PANEM NOstrum quotidianum da nobis hodie.

D. Quis huius petitionis intellectus? P.
Supra diximus, tria prima pertinere ad deum, au
thoritate Augustini. Orauimus enim pro gloria no
minis sui, pro amplificatione regni & uoluntatis eius
ascendendo. Nunc uero, quia & corpore hoc mortali
& corruptibili constamus, quo anima & spiritus, ut
Sapiens ait, cap. 9. aggrauatur. Et Paulus dicat, car
nem aduersus spiritum militare. Et Christus carnem
infirmam esse, demittimus nos, atque nostram imbecil
litatem hic agnoscimus, longeque nos nostris uiribus
inferiores ferendi in regno Christi & Dei uolun
tatem, manum ac crucem, quam suis & quos diligit
Deut. 8. Non in solo pane uiuturus est homo, sed in omni uerbo dei. — imponit. Precamur itaque hac prima petitione, ut
deus pater nos filios suos pane sui uerbi confortet,
animulam onere pressam ac laborantem subinde pa
scat, atque ipse reficiat, & habeat quo innitatur, conso
letur, ac requiem inueniat. Petimus inquam uerum
& coelestem illum panem, qui dat uitam mundo, Chri
stum ipsum, Ioan. 6. Quem pater sua gratia mundo
donare, & prædicatione uerbi reuelare dignetur, ut
unanimiter uno spiritu accipiatur, agnoscatur, ac re
demptor, saluator & iustificator habeatur. Fide ea ac
Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, ipsi saturabuntur — spirituali uita in perpetuum usque alamur ac facie
mur. Christus ait, Ego sum panis uitæ, qui uenit ad
me, & credit in me, non esuriet in æternum. Et Ioan.
4. Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo, non sitierit
in æternum, sed erit in eo fons aquæ uiuæ salientis in

uitam

…ceritam. Rogamus ne nostram ingratitudi…
…sed promissionem eius respiciat, ne mittat fa…
… & sitim audiendi uerbum domini, ut in Pro… Amos 8.
…minatus sit, ingratis, contemptoribus & im…
…Deprecamur & hic humanas traditiones ui…
…adulterantes, & cauponantes hunc panem, ut
…extrudat œconomos ac angelos, colligentes è re…
…suo paleas, quid enim ad triticum ait Propheta?
…Quæ conuentio luci cũ tenebris? Signa…
…rem. 23. …interpres ἐπιούσιον, supersubstantialem uertit
…ut intelligamus illud unum præcipuum, &
…esse necessarium, Luc. 10. D. Quid
…nomine adpellatione panis intelligis? P. Quòd Panis, cibus, potus ac uestitus externus est.
…industria, labore ac conatu haud quaq̃ poteri…
…nobis ipsis parare uictum, cum terra alioqui pro…
…& nostram inobedientiam lapsu Adæ male…
…nihil præter spinas et tribulos ferat. Precamur
…benedictione, ut terra proferat fructum suum in
…tempore suo, & precando agnoscimus etiam, q̃ hæc
…temporalis cõmoda ac bona, quæ ad præsentem hanc
…temporalem fouendam, sustentandam, & con…
…seruandam attinent, dei bona ac dona sint. Et ut Psal… Psal. 103.
…ait, Dante te colligent, & aperiente te manum
…imples omne animal benedictione. Et 127. Fru…
…est mane surgere, & panem doloris edere, dabit
…dilectis suis somno. D. Si benedictio domini
…diuites facit, non labor aut conatus, ergo nõ laboran…
…dum?

dum? P. Vocatio ea est communis, ut quemadmodum auis ad uolandum, ut dit Iob 5. sic homo ad laborandũ natus est, Gen. enim 3 ait, In sudore uultus tui &c. Et Psalm. 104. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usq; ad uesperam. Et alibi: Labores manuũ tuarũ quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Vnusquisq; itaq; in sua permaneat functione & officio suo, citra tentationem et remissionem, reiecta omni cura in eũ cui nos curæ sumus, ut Petrus ait, 1. Pet. 5. Et Dauid: Iacta cogitatũ tuũ supra dominũ, & ipse (non labor) te enutriet. Et Christus: Neq; sitis solliciti, anxij, & curiosi de uictu & amictu, pater pascit, pater uestit, uos inseruite uocationi uestræ. Nudi egressi estis de uentre matris uestræ, nudi reuertemini illuc, nihil intulistis in mundũ, nec efferre quicq̃ poßitis, habentes uictũ & amictũ, contenti estote, Non enim est hominum uita in his quæ possident. Lu. 12. D. Quid porrò precandum panis nomine? P. Vt non solum in messem suam operarios synceros uerbi ipse mittat, sed & regibus et principibus, & magistratibus &c. pro subditorum profectu & commodo in rebus agendis successum ac fortitudinem donare dignetur, ut ablata omni discordia, seditione, inobedientia & bello, in pace & tranquillitate, quietè & placidè rem agere, agros colere, uictum & amictum parare. Deinde stante rep. salua, parentes & uxores, liberos et familiã piè instituere, regere,

Prouer. 7. Vade piger ad formicã &c.

Matth. 6. Iob. 1. 1. Tim. 6.

...re, & uerbo expeditius pascere poterimus.
...mus postremo, ut omnia quæ ad uictũ ...
...pertineant, fortunet ac prouehat, agros, fundos,
...facultates nostras ab omni malo custodiat & con-
...Et quia potestas aëris & tenebrarũ sathan,
...dit nobis fruges: fulmina, grandines et robigines
...permissu dei: Precamur cum Iobo, ut auertat
...πονηρίαν, disijciat ac propellat. D.
Quare dicit, nostrũ panem? P. Vt subindicet nos
...habere cõmunem panẽ cũ gentibus & infidelibus,
...panem nostrũ, hoc est, filiorũ dei patris, Christum
...corpus nostrũ ex ossibus nostris. Ephe. 5. Vt inde
...admoneamur mutuæ ac fraternæ charitatis et socie
...nemo quærit aut petit quæ sua sunt, sed quæ
...fratris, 1. Cor. 13. Gal. 6. Membra e-
...nos omnes sumus, cuius caput Christus. 1. Cor.
...Rom. 12. Coll. 1. Ideo addit, Da nobis &c.
D. Quid est q̃ dicit, Hodie? P. Primo, ut sem-
...expediti in acie (cũ hominis uita sit militia super
...terra) & super custodiam nostram stemus, induti ac
...tota panoplia Dei, et aduersus omnes assiduus,
...& ignita tela sathanæ, carnis et mundi muniti.
...hostes quotidie, hodie, ac omni momẽto nos ex
...(ut dixi) inuadunt. Precamur ut corrobo-
...pane uerbi, hoc est, fortitudine dei per spiritũ
...aduersus has spirituales nequitias, Ephes. 1. 3. &
...55. In quacunq; die inuocauero te, uelociter ex
...audi me.

Sathã cor rupit Iobo fruges, pecudes, & ædes cũ familia.

1. Cor. 11

De uno pane pticipamus.

Iob. 3.

Abacuc. 2.

Ephes. 6.

Secundo, ne simus de crastino solliciti admodum, ne cogeremus aut cumulemus nobis opes. Cauete inquit Christus, Lu. 12 ab auaritia. Pulchrè docet Paulus, 2. Cor. 8. ex Exodo 16. de Manhu, q plus colligentibus q̃ conueniebat, nihil superfuit: significabat eroganaum esse pauperibus superfluum &c. In summa oramus, ut det pater filijs suis, quæ cum animæ tu corporis sunt necessaria, uerbum uitæ, uictū & amictum &c. Et ne dubitemus de eius uoluntate, iussit nos orare, et pollicitus est se daturū quæcunq; petierimus.

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

D. QVAE est quinta petitio? P. ET remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. D. Quæ est huius precationis summa? P. Precati sumus pro sanctificatione, iustificatione, & uoluntate dei, cū facienda tum ferenda, pro gloria eius et salute nostra, pro pane cœlesti et terrestri, quo utrobiq; confortabimur. Iam uero cū hominis uita continua lucta sit, in regno dei ac Christi, etiamnum uerbo confirmati, nō admodū strenuè ac fæliciter manus cū hostibus conserimus, cōfligimus, & pugnamus. Verū nonnunq̃ per imbecillitatem deficimus, nō sufficimus & delinquimus lapsuri. Et quia ipse nos propria uirtute, iustitia aut satisfactione erigere ac confortare nō possumus. Precamur pro fide, qua apprehendimus gratiā & remissionē omniū peccatorū, & credimus per Christū mediatorem, aduocatum, & pontificem nostrū nos exaudiri, et con-

Math. 18. Nō sumus soluendo

scientiam

nostram pacificari. Christus enim lapsis ne= contrahi=
& remissionē propterea in ecclesia reliquit, ne mus quot=
, aut pusillanimitate, aut peccatorum mole tidie mul=
& grauati de salute desperaremus, et hastam a= tū uelut le=
remus, uerum confirmati denuo eo acrius insta= ris alieni
& pugnaremus. Atq; etiā mi puer, caueto ne peccatorū.
praesumptione aut hypocrisi cum pharisaeo iusti
ores, Domine, non sum sicut caeteri homines
raptores &c. sed libenter confitere qui sis: nā
peccatū non habeo, teipsum fallis. Si confi= Lucae 18.
fidelis est deus qui remittat: pro hac enim om 1. Ioan. 1.
sanctus orabit, Psal. 31. Dixi confitebor aduer=
iniustitiam meam, & tu dimisisti &c Psal. 31.
Psalm. 142. Non intres in iuditiū cum seruo tuo,
iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.
Psalm. 51. Miserere mei deus &c. Tibi soli pec
&c. Dele iniquitates meas &c. Scriptura omnes
peccatū cōcludit, ut oīm misereatur deus, ut omni
gratia dimittet debitū et peccatū. Estq; ea senten Psalm. 31
imputes pius & misericors pater nobis pecca Pijs pecca
& ingratitudinis uitiū: affecti tot tam multis et ta nō impu
cū corporalibus tum spiritualibus donis ac be= tātur, Ro.
non secundū peccata nostra retribuas nobis, 8. Nihil dā
misericordiā tuam, & promißionem tuam, quam nationis
christo nobis exhibuisti, respice & recordare. Pec= &c.
res sumus, & agnoscimus, catelli & indigni pa=
sumus. Ne reijcias nos a conspectu tuo, sed
tuo, Matth. 15.

condones errata nostra per filium tuū Christū, Am.

D. Qualis conditio aut coronis huic precation[i] adiecta est? P. Talis, qua ceu signo testemur er-ga proximum benefitij à deo accepti: id enim & in fratres conferimus, ex animo & fratribus remitti-mus: sicut & Christus exigit & precipit, Luce 6. Remittite, & remittetur uobis. Et Mar. 11. Et cu[m] steteritis orantes remittite, si quid habetis aduers[us] aliquem, ut & pater uester remittat. Et Matth. 5. Si obtuleris munus ad aram, reconcilieris prius fra-tri tuo &c Et 18. Si non dimiseritis suo quisq; frat[ri] de cordibus uestris delicta eorum, nec pater dimitt[et] &c. Oramus itaq; remitte tu pater in coelis pecca[ta] nostra, nos ex animo fratribus in terra dimittimus, nostro edocti periculo, fratrū errata et lapsus fer[i]-mus et condonemus, iram, odiū, simultatē &c. depo-namus. Oraturi quoq; pro inimicis, sed hoc praesta pa-ter, ut possimus tua gratia &c. supra in symbolo sat[is] de remissione peccatorum dictum, non opus est loca & exempla addere.

Lex prae-et promis-sio Euāge-lij, Lu. ult.

D. QVAE est sexta petitio? P. ET ne nos inducas in tentationem. D. Quid preca-mur hic potissimum? P. Non precamur hic ut auferat tentationem, aut fidei nostrae exploration[em] aut experimentū, sed ut det pater gratiam & uirtu-tem, spiritū sanctum ex alto, qui conforte[t] nos et con-firmet, ne suggestionibus, uexationibus ac tentationi-

bus tentan-

tentatoris acquiescamus, cōsentiamus, atq; in illis [illegible]rduremus. D. Quis est ille tentator? P. Sathan obambulās, quærens quē in omnis generis uitia [illegible] flagitia præcipitat ac pdat. D. Cur Christus di[illegible] patrem esse tentatorem, cū ait, Et ne nos tu pater [in]ducas in tentationē, cū neminē tentet, autore Iaco[bo] cap. 1. P. Pater tentat quidem suos filios, ut de [A]brahamo legimus, Gen. 22. et Ioan. 6. Christus ten[ta]uit Philippū, uerum longe alia ratione q̄ πονηρός. Deus tentat, ut exerceat fidem, ut exploret, exa[min]et, erudiat, emendet, ac ceu aurū igne probet &c. [Cas]tigat quos diligit, ne cū hoc mundo condēnantur, 1. Cor. 11. Beatus uir is est, qui suffert tentationes, [qu]oniā cū probatus fuerit, accipiet coronā uitæ, quā [re]promisit deus his, à quibus fuerit dilectus, 1. Pet. 4. [I]ac. 1. 2. Timo. 4. Pater cū est paterne tentat, nō [hostis] est, nō aduersarius, fidelis est, facit cū tentatione [euent]ū ut sufferre poßimus, 1. Cor. 10. D. Quo[mo]do ergo est sathanæ cū pompis eius ac uitijs resi[sten]dū? P. Sollicitat te ac tentat infirmitate tua, re[siste] non aliter q̄ Christus illi restitit, Luc. 4. cum ait, [Sc]riptū est &c. hoc est, uerbo, et armis spiritualibus. [O]ppone illi, scriptū est Esa. 53. Infirmitates nostras [i]pse portauit, uibice eius sanati sumus, 1. Pet. 3. Mat. [S]i aggreditur te uitæ superbia, ex aduerso respōdeas [i]lli, scriptū est, Omnis qui se extollit, humiliabitur. Vr[get] te auaritiæ, māmonæ, & uictus sollicitudine, rurs

1. Pet. 5. Matth. 4. Lucæ 4. Sathan tētator. Eccles. 37 1. Pet. 1. 4 Infirmitas Ephes. 6. Superbia. Luc. 18.

sus in faciē eius stes, & dicas, scriptū est Luc. 12. Ca-
Libido. uete ab auaritia &c. Accendit te libidine et innata
concupiscentia, occines illi, scriptū est, Scortatores &
adulteros iudicabit deus, Heb. 12. Non concupisces,
Ira. Deut. 5. Rom. 7. Exagitat te ira, inuidia, & uindi-
ctæ cupiditas, pducas sententiā scripturæ de diligen-
do inimico, ignoscēdo, & bonū pro malo reddendo,
Matth. 5. 18. Vide latius Erasmū in suo milite. Verū
si hoc castrū fide uerbi munitū, mundo & præstigijs
carnis oppugnare non potest, cōuertit se in angelū
Psal. 90. lucis, fit meridianus sathan, & à dextris impetit nos
Colloß. 2. carnali iustitia, superstitione, et ut Paulus ait, ἐθελο-
θρησκία, falsam nobis in corde serens operū fidu-
Exemplū tiam, et ille spiritus cæteris nequior est, ac nocentior,
uides Lu. adigit iustitiarios ut uerā fidei iustitiā & iustos pse-
11. quuntur, arbitrantur inter excœcati obsequiū se deo
Ioan. 17. præstare, zelū habentes, sed nō secundū scientiā, non
Rom. 10. secundū deum, sicut & dominū gloriæ crucifixerūt.
1. Cor. 5. sicut ab Abel iusto occiderunt omnes pphetas iustos,
Math. 15 Matth. 23. Huic sathanicæ instillationi rursus oppo-
Esai. 10. ne, scriptū est, Frustra me colunt doctrinis hominū:
1. Tim. 4. doctrinæ enim dæmoniorū sunt per simulationem.
Fatigat Est & alius assultus sathanæ à dextris, qua improbi
sanctos, ut tate sua sanctos sæpenumero fatigat, ut plus æquo cor
Hierony. pus exhauriūt, extenuāt ac macerāt ira, ut uires ali-
Antonium quando non sufficiāt, ac ferant pietatis studia exequi,
Paulū etc. non parcentes ipsi, ut Paulus ait, corpori, neq; illi suū
honorem

...orem deferentes, oppone huic Solomonis uerbũ; Noli esse nimiũ iustus. In hunc modũ & sathan suos habet martyres, prophetas Baalim, qui et se ad sanguinis effusionẽ concidebãt. Sic ordines rigidiores, ut Carthusianorũ, Crucigerorũ, Flagelliferorũ &c. Sic totus Monachatus doctrinis hominũ cruciantur, frustra dies noctesq; laborãt, nihil capiunt, nihil efficiũt, frustra colũt, ac se conficiunt. D. Quomõ futurissimus omĩbus tentationibus & assultibus sathanæ superiores? P. Si gladiũ spiritus utrinq; incidentem fidem uerbi, ut diximus, fortiter apprehendemus. Ephes. 6. Clipeus est enim ignitus. Prou. 30. quo uti, cominus eminusq; tela eius excutere poterimus. Victoria nostra est fides, 1. Ioan. 4. 1. Pet. 5. Qui uero eius conatibus nõ resistunt solidi fide, captiuos tenet, & eô usq; inducit, ut resipiscere & se agnoscere nõ possunt, & cũ in summũ peccatorũ deuenerint, ut ait Sapiens, despiciant, & in angoribus & pauoribus desperãt: exemplo nobis est Saul, Achitofel, Iudas, Cain, Esau etc. Tantã .n. habet sathan in membris diffidentiæ uim, ut quosdã corporaliter possidet, delanit. diuellit, seducit ac occidit, ut Tob. 6. Asmodæus septẽ uiros desponsatos Ragueli necauerat, pios quidem uti Iobo corpus & fortunas adfligit quidẽ, Deo permittẽte, saluo tantũ spiritu & anima. Rogamus itaq; pater, ut in pugna aduersus sathanã ipse adsis, confortes, & utrinq; defendes à de-

Eccles. 7.

4. Reg. 1.

Lucæ 5.

Math. 25.

Verbo fidei uincendus sathã.

Sathanæ potestas.

Sap. 4.

Behemoth Leuiathã Belial,

xtris & sinistris, da ut possimus & nostrā carnem, unà cum concupiscentijs crucifigere & mortificare, ne ocio, crapulæ, ebrietati, somno &c. indulgentes prolabamur denuo, ac subinde corruamus, futura hosti præda, per dominū nostrū Iesum Christū. Amē.

Poëta, res age, tutus eris &c.
Ocia si tollas &c.
Posce librū cū lumine.

D. QVAE est septima & ultima petitio? P. SED libera nos à malo. D. Quæ est huius petitionis sententia? P. In tribus primis orauimus p gloria dei promouenda. In posterioribus tribus, quæ ad nostram attinet uitā. Postrema uero petitiōe ceu uno fasce Christus complexus est omnia mala, quæ deprecari in uniuersum debeamus cū animi tū corporis, et ut ab ipso mali authore tandē liberare dignetur. Malus uero diabolus est, & dicitur, Math. 15. 1. Ioan. 2 eô, q. mendax, homicida, & ab initio in ueritate non stetit, Ioan. 8. Inuidia eius in orbē uniuersum intrauit re, peccatū, mors, morbi, pestes, tēpestates, inopiæ, infamiæ, atq; omnis generis infortunia, mala ac pericula, & cū spirituales tū corporales tētatiōes ac uexatiōes dolet aduersario nostro, ut uel minutula corporis pars ualeat, q. pes, q. manus, q. oculus, in officio sit. Precamur itaq; ut cū hæc uita nostra cōmunis, tam multis uarijs ac infinitis penè assultibus sathanæ exposita, obnoxia ac circumdata sit, ut ex his omībus nos eripiat, liberet, & in regnū suū iustitiæ, uitæ, ac pacis adferet, uindicet, ac transferat. Interim & gratias agentes, q. misericordia eius nō sumus iamdudū cōsumpti, ac d

Malus diabolus dicitur, Math. 13. autor oīs mali.
Der boeß
Quocūq; te uertas, oīa plena malis.

ab angelo percutiente extincti, gratias item agētes Hebr. 1.
angelorū nostrorū custodia, qua tutati simus ἀπὸ Matt. 18.
τῶ πονηρῶ. Da pater i hora mortis animū fortem, Actu. 12.
mortis terrore carētē, et fœlicē transitū à morte i ui- Psal. 33.
ut ab hac tabernaculi nostri solutiōe, ab hoc exilio
ab hac lachrymarū ualle, in cœlū, patriā, ac uitā æter
nā immigremus, Amen. D. Cuiusmodi est appen- Tuū est re
dix hæc græca, quæ coronidis uice adijcitur? P. gnū, potē-
Est encomiū dei patris nostri, quo animamur, confir- tia & glo
mamur, atq; ad fiduciā & præconiū excitamur, ut ria &c.
meminerimus nos talē habere patrē, qui uelit exau
dire, & iuuare poßit, cū is solus sit rex potēs, & rex
gloriæ: huic regi immortali, inuisibili, soli sapiēti deo
honor, gloria & imperiū, in sæcula sæculorū Amē.
1. Tim. 1. 6. D. Quid significat hebraica illa uox Amen.
Amen? P. τὸ γένοιτο, hoc est, fiat, ne dubites, sed
certus sis te exauditū. Hoc enim amen est, certè, uere.
et fideliter: fidelis est deus, pmissa præstabit, seipsum
non negabit, Amen. Hactenus de lege, fide, & ora-
tione diximus: sequuntur pietatis exercitia.

DE SACRAMENTIS.

D. QVAE iam catechismi pars sequitur? P. Sacramen
Quarta. D. Quæ? P. Sacramenta. D. tū quid sit.
Quid est Sacramentū? P. Cōmuniter definiunt
sacramentū esse uisibilē formā inuisibilis gratiæ dei.
Deus enim suis pmißionibus præcipuis quibusdā in

Signa nobis data nõ debemus contẽnere ut impius Achas, Esa. 7. Neq; rursus alia cũ Iudæis quærere q̃ proposita Matth. 7.

utroq; testamẽto adiecit signa quædã externa, quibus nos nõ solũ suæ bonæ uoluntatis erga nos, gratiæ, misericordiæ, & remißionis peccatorũ admoneret, sed et certificaret, & ceu sigillo muniret, sicut Abrahæ data erat circũcisio et semini eius, εἰς σφραγῖδα. hoc est, in externũ iustitiæ fidei signaculũ, quo ꝓmißiõis diuinæ, ego ero deus tuus & seminis tui &c. & admonebatur & certificabatur. Sic erat arcus in nubibus Noë signũ misericordiæ & ꝓmißionis dei, dicẽtis: Nequaq̃ ultra percutiã terrã uniuersam diluuio. Sic uellus nota erat ꝓmissæ uictoriæ Gedeoni. Sic Sol & solariũ Iosue & Ezechie. Illa uero signa ꝓmißionibus adiecta uocãtur sacramenta, quasi uisibilia & sensu ꝑceptibilia uerba auribus & oculis, ut August. ait, obiecta, ne quid dubitaremus de bonitate dei &c.

D. Quot sunt sacramẽta Ecclesiæ in nouo testamẽto? P. Duo. Nã quẽadmodũ in oĩbus sumus secuti D. August. ita & hoc loci. Scribit uero pluribus in locis de duobus tantũ sacramẽtis, tũ præcipuè lib. 3. cap. 9. de doct. Christ. Et ad Ianuariũ epist. 118. Iesus Christus sacramẽtis numero paucißimis, obseruatione facillimis, significatione præstantißimis, societatem noui populi colligauit, sic est baptismus trinitatis nomine cõsecratus, & cõmunicatio corporis & sanguinis ipsius. Idem contra Faustũ.

DE BAPTISMO.

D. QVID est Baptismus? P. Est signũ externũ diuini fauoris & beneuolentiæ erga nos, uerbo promißionis adiectũ. D. Ergo uerbũ & signũ uerbi faciũt sacramentũ? P. Faciũt, Tolle uerbũ, inquit August. in 4. cap. Ioan. iam nõ est baptismus: Accedit .n. uerbũ ad elementũ, & fit sacramẽtũ. D. Exemplo declara aquã pertinere ad baptismũ. Nam multi sunt qui aquã baptismatis interpretãtur spiritũ sanctũ, quẽ accepturi sunt credẽtes, Ioan. 3.8. P. Exemplo erit nobis primo ipse Christus, qui Iordanem conscendit, a Ioanne baptizatus est, Matth. 3. Tũ ipse Ioannes baptizabat in Aenon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant ibi, Ioan. 3. Et Eunuchus dicens Philippo, Ecce aqua quid uetat, quo minus baptizer, et descẽderũt ambo in aquã, Act. 8. D. Dic etiam uerbũ pmißionis. P. Mar 14. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Est itaq; baptismus instrumentũ, quo deus exhibet credentibus spiritũ sanctũ, remißionẽ peccatorũ, & uitã æternã, ut Act. 2. Petrus ait, Resipiscite et baptizetur unusquisq; in remißionẽ peccatorũ, & accipietis donũ spiritus sancti. D. Si uerbũ & elementũ faciũt sacramentũ, innumera recensebo sacramẽta, totus Papatus cũ ceremonijs suis & exorcismis, nil nisi sacramentũ erit. Accedit .n. uerbũ ad omẽs benedictiones, salis, aquæ, ligni, palmarũ. P. Est itaq; tertiũ addendũ sacramentis, præceptum dei: Aqua, uerbũ, et præceptũ

Quid sit baptismus

Veteri & nouo homini coniunctim uoluit deus utrobiq; signũ et uerbũ cõiungere, ut utraq; pars confirmaretur.

Verbum.

Aqua, uerbũ cũ præcepto.

sinuit sacramentu baptismatis. D. Vbi deus praecipit baptismu? P. Matth. 28. Baptizate eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Et Ioan. 3. minatur Christus aeternu exitiu ijs, qui renascetia aquae & spiritu neglexerint, aut cotempserint; queadmodu Luc. 7. Pharisaei & legisperiti spreuerut consiliu dei. D. Dixisti paulo ante deu foedus aut pactum inijsse cu patribus Noe. Abraha &c. dic chare praeceptor, estne etia in nouo baptismus foedus aut pactu? P. Est, Nam circumcisione ueteris legis secutus est baptismus gratiae, Mosi, Christus. Vtrorunq; significatio eade est. gratia, mortificatio carnis, iustitia cordis utrobiq; quaesita est. Signa sunt diuersa, res eadem, ut August. lib. 6. contra Iulianu cap. 3. ait. Et Apostolus Coll. 2. Baptismu nostru circucisionem ipsissima uocat. Et Rom. 2 Circucisio cordis ea est, quae spiritu constat. Est itaq; baptismus no solu preceptu dei, sed & pactu bone conscientiae cu deo, ut petrus ait. Primo enim deus paciscitur nobiscu se uelle donare hanc noxa ac labe, qua uicio originis a primis paretibus cotraximus, atq; in gratia nos recipere, peccata non solu dimittere, ueru ne imputare quidem, rursus nos simili ratione obstringimus deo per omne uita carne nostra mortificaturos, uetusq; fermentum expurgaturos, concupiscentiae fomites ac reliquias, ueluti Iudaei e Canaan gentes expulsuros, mundo, sathanae, & omnibus pompis eius reluctaturos, renuctia-

Preceptu. Baptismus pactu est. Circucisionis signu cordis inmudicies, Deut. 10 30. Eiusde & baptismus, Mar. 16. qui crediderit &c. Actu. 13.

[illegible]nunciaturosq;. Rectè itaq; à Petro hoc fœdus, in-
signi uocabulo ἐπερώτημα, pactũ, interrogatio aut
stipulatio dicitur. Nã conscientia adflicta, et onere pec
catorũ uexata ac pressa, pari ratiõe audet cum patri-
bus clamare: Recordare dñe deus fœderis tui, qđ pe
pigisti nobiscũ. Pollicitus es nobis baptismo remißio-
nẽ peccatorũ, & uitã æternã: cũ dixeras, Qui credi-
derit et baptizatus fuerit, saluus erit. Neq; pphana-
ris fœdus tuũ, neq; facito irrita uerba quæ egressa sunt
ex ore tuo, Psalm. 89. Præstabis qđ pollicitus es, te- Roma. 3.
ipsum negare nõ potes, fidem tuã nihil euacuare po- 2. Tim. 3.
test, neq; ĩfidelitas aut ĩfirmitas nostra. huiusmodi in
terrogationẽ conscĩẽtiæ, ac responsionẽ fidei dei. re-
cte Petrus ἐπερώτημα pactũ uocat, quo defendi-
mus nos, si quando sentimus deũ uelle irasci nobis:
Atq; Petrus figuratũ hoc noui testamẽti pactũ dilu- Gene. 9.
uio fuisse, dũ Noë arcã adparabat, in qua paucæ, hoc 1. Pet. 3.
est, octo animæ saluatæ sunt p aquã. Quæ modo & Plus bapti-
nos, inquit, saluat in baptismo, qui per illã figuratus zantur ac
est, nõ quidẽ depositio sordiũ in carne, sed pactũ bo- seruãtur q̃
næ conscientiæ cũ deo &c. Est & hoc pactũ pmis- diluuio pe
sum in pphetis, Ezech. 36. Effundã sup nos aquam rierint.
mundam, & mũdamini ab omibus iniquitatibus ue- Lauacro
stris, feriam pactũ meũ uobiscũ &c. Propitiabor ini- sanctæ re-
quitati uestræ, & peccatorũ uestrorũ nõ memorabor generatio-
amplius, Hier 31. Heb. 8. Esa. 12. 55. D. Quis nis abluti
uero baptismi fructus, seu finis? P. Vt suscipiamur uniuerso-

rũ remißionẽ accipimus peccatorũ, August. lib. 1 cap. 27. de ciuit. dei.

& corpori Christi mystico, hoc est, ecclesiæ, ceu membra eius inseramur, adunemur atq; incorporemur, qua & seruamur, & oĩm nostrorũ peccatorũ ueniã & remißionẽ consequamur, sicut Ananias Paulo dicit, Exurge, & baptizare, et ablue peccata tua, inuocato nomine dñi &c. Baptismo itaq; saluamur, abluimur, & ut ad Ephes. 5. ait, In uniuersum sanctificamur, & lauacro aquæ per uerbũ mũdamur. Sic adparuit erga nos amor atq; bonitas Christi, ut non ex opibus, quæ faciebamus nos, sed secundũ suã misericordiã per lauacrũ regenerationis ac renouatiõis spiritus sancti saluos nos faceret, Titũ 3 Ioan. 3. D.

Baptism9 opus Dei, nõ homĩs, quo saluamur.

Ostende mi præceptor aliquot scripturæ umbras, typos, atq; baptismatis figuras. P. Audiuisti circũcisioni Geñ. 17. succeßisse baptismũ? Col. 2. Rom. 4. diluuio, Geñ. 9. aquã salientẽ in uitã æternã? Ezech. 47. Ioan. 3. 4. 7. 9. 1. Pet. 3. Figura est trãsitus maris rubri, & liberatio à Pharaone, hoc est, diabolo, sicut August. 11. tract. in Ioannẽ ait, Si transitus rubri maris ad Mãna in figura tantũ ualuit, species baptismi quantũ ualebit? Mare rubrũ signare baptismũ Apostolus ait 1. Cor. 10. Oẽs in mari baptizati sunt. Sic transitus Iordanis ad terrã ꝓmissam, Ios. 3. Heb. 4. 9. Sic figura erat Naamanis ablutio in Iordane, qua à lepra accedente uerbo diuino mundabtur: Sic cœcus Ioan. 9. audito uerbo Christi, Vade ad piscinã Siloẽ, & laua: Abijt, lauauit se, & uisum recepit. Ita & ubiq; & in figura aqua uerbo coniuncta, liberat, sal-

Vmbræ rerũ futurarũ, Coll. 2.

4. Reg. 5.

ut, ſaluat, & emũdat. Sic cũ in figura contigebãt illis 1. Cor. 10. Vmbra corpori ceßit, & figura bapti ſmatis uſq; ad Ioannẽ durauit, cui præceptũ eſt, ut ba ptiſmũ pœnitẽtiæ & remißionis peccatorũ prædica ret, inciperet, atq; inſtitueret, Ioan. 1. Matth. 11.

Ioãnes & baptiſmꝰ ad nouũ teſtamẽtum pertinet.

D. Quæ eſt baptiſmatis ſignificatio? P. Poſtq̃ audieris quid ſit baptiſmus, quale pactũ, eius item fructũ, necesse eſt ut & eam partẽ, quæ per totã noſtrã uitã aduerſus reliquias pugnat, optimè teneas. Nã in hoc ſumus baptizati, ac aquæ immerſi, ac retracti, ut ſignũ hocce ſignificatiõi reſpõdeat, nẽpe ut uetus & carnalis homo totus corrũpatur, demergatur, & moriatur: nouusq; ſpiritualis reſingatur, reſurgat, ac in iuſtitia porrò uiuat, ſicut undiq; Paulinæ epiſtolæ docẽt, Rom 6. Quicũq; baptizati ſumus etc. Col. 2. Cõſepulti cũ Chriſto &c. Et Gal. 3. Quicũq; baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis ẽtc. Chriſtũ uero induere, eſt ueterẽ hominẽ exuere, illi cũ omnibus ſuis deſyderijs renũctiare, Chriſtoq; ſolo nomẽ dare, illi ſoli uiuere, & p omnẽ uitã teſtari eũ affectũ eſſe in nobis, qui & in Chriſto Ieſu fuit, Phil. 2.

Baptiſmꝰ eſt ſignum pniæ et remißionis peccatorũ p Chriſtũ.

D. Quid fit in baptiſmo? P. Inuocatur deus pater, et filius, & ſpiritusſanctus ſup nos, atq; fide in pmißionẽ accipimus patrẽ, filij morte ac redemptiõe placatũ, Spiritũ ſanctũ ſuis donis nos ornare, in gratia conſeruare, atq; i uitã æternã uſq; cuſtodire. Atq; hij tres ſunt qui teſtimoniũ dãt, ſpũs, aqua, & ſanguis: & hi tres

Quid in baptiſmo fiat.

1. Ioan. 4.

unũ sunt, separari nõ possunt: quẽadmodũ enim in
Matth. 3. baptismo Christi patris uox de coelo insonuit, Chri-
Marc. 1. sto dicens baptizando, Tu es filius meus dilectus &c.
Luce 3. Et coelo aperto descẽderit spiritussanctus uisibili spe-
Ioan. 1. cie columbæ. Ita et paruulis baptizandis inuocato noĩe
2. Petr. 1. dei, aderit et pater, filios sua gratia suscipiẽs, et filius
qui amãter cõplectens, benedicit eis, Mar. 10. Math.
18. Spiritussanctus sua donorũ diuisiõe, susceptos ac
benedictos ornat, uestit, & in uitã æternã usq; cõser-
uando puehit atq; perducit, 1 Cor. 12.

DE ABSOLVTIONE.

D. EXTAT ne in ecclesia post baptismũ lap-
sis uenia & peccatorũ remißio? P. Extat: nã
in symbolo supra ea de re plurios adduxi locos. D.
Fuẽre tamẽ in ecclesia nõnulli, q negabãt dimitti pec-
cata, si q post baptismũ ad ingeniũ reuersi, lapsi fine,
moti aliquot locis ac exẽplis, ut Heb. 6. 10, &c. P.
Loci eiusmodi sunt intelligendi de impoenitentibus,
desperatis, & blasphemis, qbus nõ ultra pro peccatis
reliqua est hostia, sed formidabilis quedã expectatio
iudicij. Atq; ipsißimũ peccatũ est in spiritũsanctũ ad
mortẽ, p quo nõ dico ut roges, 1. Ioan. 5. Matth. 12.
D. Ergo resipiscẽtibus aliqd in ecclesia est relictũ
salutare remediũ? P. Est: uniuersalis. n. est, Oia pec-
cata remittũtur filijs hoĩm, atq; ea remißio est in eccle-
sia autoritate clauiũ ecclesiæ cõcessa, Matth. 16. Ioan.
20. t Math.

Absolutio resipiscentis cõscientiæ territæ consolatio est.

Matt. 18. Quicq̃d ligaueris, quicq̃d solueris etc. D. Quomõ ergo fit ligatio aut solutio? P. Ver- p ecclesiæ ministros publice siue priuatim annũ- ciato, q̃dã credũt et mũdãtur, hoc est, soluũtur, Ioã. 15. Iã mũdi estis ꝑpter sermonẽ quẽ audistis. Et Heb. 4. Profuit illis audiuisse sermonẽ, q̃ cum fide is erat iunctus, Heb. 11. Quidã uero nõ credũt, indurãtur excæcãtur ac reprobãtur: Nam, cui deus uult mise- retur, quẽ uult indurat, Rom. 9. 11.

DE COENA.

D. Chare præceptor qd' est alterũ sacramẽtũ, & postrema catechismi ps? P. Cœna dñi. D. Quid uocas cœnã dñi? P. Quã cũ duodecim suis discipulis, ut Lucas ait, desiderio desiderauit mãduca- re, atq; nobis donec ueniat, ut Paulus ait, in ecclesia reliquit, instituit, atq; præcepit, cũ ait: Hoc facite in meã cõmemorationẽ. D. Est itaq; præceptũ Cœna dñi? P. Est. D. Quid præcipit? P. Vt eda- mus & bibamus, beneficiorũq; eius cruce partorum nunq̃ obliuiscamur, sed potius grati uitæ sanctimo- nia, a uitijs abstineamus. D. Quid uero in cœna pane & uino distribuitur ac sumitur? P. Corpus et sanguis Christi. D. Recites itaq; uerba, quæ cla- re eadẽ dicãt. P. Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. 1. Cor. 10. 11. Vescẽtibus aũt eis dñs Iesus in ea nocte qua traditus est, accepit panẽ, & postq̃ gratias egisa

De coena domini.

Institutio.

Euchari- stia gra- tiarũ actio

set, fregit, deditq; discipulis, & ait, Accipite, comedite, hoc est corpus meũ, qđ pro uobis datur, hoc facite in mei recordationẽ. Similiter & calicẽ, postq̃ cœnauit, accepit, & gratijs actis, dedit illis, dicẽs, Bibite ex hoc omẽs, hoc poculũ nouũ testamẽtũ est in meo sanguine, qui ꝑ uobis & ꝑ multis effũditur in remißionẽ peccatorũ, hoc facite quotiescũq; biberitis in mei cõmemorationẽ, & biberũt ex eo omẽs. D. Atq; hic audio hoc esse nouũ testamẽtũ sanguine Christi cõfirmatũ? P. Est. Nã in ueteri, ut diximus, oĩa cõtingebãt illis

1. Cor. 10 in figura. Atq; hic dicit nouũ ueteri successisse, Nouũ

Colloß. 2. enim antiquat prius, Heb. 9. ueteris legis ritus, cere-

Hebr. 7. moniæ, sacrificia, peccata abolere nõ poterãt, ad tem-

Psal. 40. pus correctiõis imposita, Heb. 7, eaq; ꝓpter infirmi-

Sacrificiũ tatẽ abolita, & cũ uenit plenitudo temporis, Gal. 4.

noluisti, Vmbris corpus ipsum subsecutũ est, Verũ & unicũ

corpus ad sacrificiũ deo gratũ, qđ in ꝑpetuũ credentes sanctifi-

aptasti mi- cat, Heb. 10. Eius .n. sanguĩe emũdamur ab omnibus

hi. peccatis nostris, Apoc. 1. 1. Ioã. 2. D. Quæ figuræ ueteris testamẽti respõdent cœnæ dñicæ? P. Esus agni paschalis: nã illic agebatur memoria liberatiõis Aegyptiacæ à Pharaõe. Hic uero agnus dei tollit peccata mũdi, liberat à tyrãnide peccati, mortis, & sathanæ. Esa. 53. Ioan. 1. 1. Cor. 5. Pascha nostrũ immolatus est Christus, 1. Pet. 3. Vtrobiq; agnus liberatiõis typus, ille ex Aegypto, hic à peccatis. Fuit et Melchizedech sacerdos, figura Christi, suo pane &

uino

-no, Gen. 14. Heb. 7. Psal. 111. Tu es sacerdos in æternũ, secundũ ordinẽ Melchizedech. Alludit Christus Ioan. 6. & ad Mãna, Exo. 16. Psal. 77. Ostendens patrẽ in deserto quadraginta annos Israëlitas eductos ex Aegypto pauisse: se uero daturũ panẽ uerũ, carnẽ suã, quã sit expositurus ꝑ mũdi uita. D. Dic præceptor, quẽ reportãt usum accedẽtes ad pceptionẽ corporis et sanguinis Christi? P. Hunc scz cuius gratia & hoc sacramentũ ab ipso Christo tum præceptũ tũ institutũ est, nẽpe remißionẽ peccatorũ, & uitã æternã. Nã ꝓmißio sic sonat, quã qui fide accipit & credit, q. dicit, Pro uobis datũ, ꝓ uobis effusum, habet & consequitur reuera remißionẽ peccatorũ. Atq; ne qd dubitaremus de ꝓmißione, testamẽto, legauit nobis corpus suũ, et sanguinẽ suũ pane et uino sacris symbolis edendũ et bibendũ, ut cũ uerbo ꝓmißionis anima reficiatur, corpus nostrũ habeat, quo muniatur, confirmetur, ac certificetur, & sic corpore & sanguine Christi, aĩa & corpus nostrũ utrobiq; suo modo alantur, reficiantur, ac in uitã æternã nouißima resurrectione conseruẽtur. D. Qui uero sunt, qui dignè suscipiũt corpus et sanguinẽ Christi? P. Qui esuriũt & sitiũt iustitiã, qui sentiũt se onere peccatorũ grauari, cupiũtq; subleuari, & ꝓmißioni fidẽ habẽt. Atq; ea est ipsißima proba, de quã Paulus &c Itaq; qui peccatis in cõsciẽtia, pusillanimitateq; uexantur, subinde hoc salutare remediũ quærãt: nã

Fides ac efficatia huius sacramenti.

Corpus et sanguis Christi pignus remißionis peccatorũ.

Quis digne mãducet.

Proba.